Statuto

di

Cerreto

Statuta Terrae
Cerreti in Umbria

Cerreto

Cerr

Cerr

Phil. Cas. [illegible] mod. [illegible] [illegible] [illegible]

et [illegible] valle [illegible] [illegible] ubi a [illegible] et alaz [illegible] [illegible]

Pauli a cap. et alaz [illegible] a cap. [illegible] fideli sanctis alaz et apud [illegible]

manni et [illegible] marsilij alaz et a capi. Ludovicus [illegible] [illegible] apud

q est mod. 60 [illegible] [illegible] mod [illegible] et [illegible] uno

4 Magnus philippus pro [illegible] uxore [illegible] Pauli [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] mod [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

q [illegible] mod [illegible] mod [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] q [illegible] mod uno [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] q [illegible] mod uno [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] Pauli [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] q [illegible] mod [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

In nõie patris et [illegible] ritus sancti amen

In Principio creavit Deus Celum, et terram que sunt duo firmamenta
in quibus divina natura cum corporibus celestibus
et terrenis habitare dignoscitur maius et minus
in maiori namque firmamento voluit ipsa incomprehen-
sibilis bonitas per suos electos possideri et inhabitari
in minori vero statuit et decrevit habitari per bonos
et malos. Quorum utrumque est necesse legibus, et moribus
gubernari ad hoc ut boni moribus et virtutibus re-
scant et de bene cond[ignis] gestis premia consequantur. Mali
autem de cond[ignis] erroribus corrigantur, et penis debitis
de cond[ignis] dementiis subiciantur. Quapropter ille pri-
mus auctor Reipublice Romanorum voluit urbem muris
fundatam ad hoc ut de bono in melius proficerent
tunc ipsam legibus et iuribus decorari sine quibus
mundus regi vel esse non posset [illegible] lege et
[illegible] homines a brutis discernuntur Et quidem
veri sunt habitus hominum diversique valens, et

lib

1v

dissimiles [...] deo necesse est ut diversitas

morum in homin[...] habitaret secundum quas diversitates

expedit diversas et varias leges imponere que cogerent

homines deserere vitia et adherere virtutibus que

faciunt homines cum domino in eternum manere

et quanto plus homines crescunt tanto plus

legibus indigent conceptius cum natura hominum

sit semper magis prona ad delinquendum quam ad bene

peragendum. quapropter Nos Jacobus Lemi de

Marchionibus de Montevalo Capitaneus Terre

Ceneti pro sancta Romana Ecclesia et prosanctissimo

in Christo patre et domino nostro domino Urbano sexto Pontifice

papa sexto et reverendissimo in Christo patre et domino nostro domino

Luca miseratione divina tituli sancti Sixti Pre-

sbitero Cardinali in partibus marchie Anconitane

Perusini ducatus et Spoletani ducatus pro eadem Ecclesia

et domino papa in temporalibus vicario generali

Lucius Castellani cons. Terre Ceneti | Petrus Celestis | } Priores
Iacobus Vanni Alegrini | Lucius Centii |
| Angelus Paulini |

D. Blasius Donadei
Magister Franciscus Cristi
D. Arcangelus Iohannis Angeli
Magister Iohannes Cipriani
Marcus
D. Marcus Iohannis Marini
Iohannes delli Cole
Cola Bartholomei
Lucas Paulucij
Blasius Petrucij
Colangelus Cristie
Carpenonus Thome
Egidius Cole Angelucij
Andreas Petri

Dictus Andrea
Paulus Vannicce
Cola Angelucij cipradani ...
potestatis et cleri ... generale
Arengum
arengum seu parlamentum dicte
Terre vigore ... nobis
datis ... per arengum
seu parlamentum ante dictum
statuere ordinare
posse statuere ordinare seu
leges municipales Terre
statuere
Ceteri condere statuere.

ordinare ad hoc ut ipsa Terra Ceteri sit in ser-
uitiis fidelitatis devotione et reverentia sacre sancte
Romane Ecclesie et prefati sanctissimi Patris et domini domini
divina providentia
Urbani sexti divina providentia pape
... ipsum ... collegij
eius fratrum cardinalium singulariter ...
Reverendissimi in Christo patris et domini domini ... miseratione divina
tituli sancti ... presbiteri cardinalis ...

Patrimonij beati Petri in Italia et spoletani ducatus
pro eadem Ecclesia et summo Pontifice in temporalibus
Vicarij generalis eiusdem rectoris dicte provincie ordinatus
pro eadem Ecclesia Presidens. Et ad hoc ut ille Auctor
omnium bonorum Creator omnium dominus Jesus Christus qui
pro nobis peccatoribus dignatus est patibulo crucis
crucifigi et pendi eiusque Mater benedicta virgo
Maria imperatrix gloriosa et Princeps Apostolorum
Petrus et Paulus atque gloriosissimus Confessor et
Pontifex sanctus Nicolaus predicte terre Cerreti devo-
tus, et patronus defensor, et Protector qui hucusque
terram istam protexerunt gubernaverunt, et salvave-
runt suis meritis non advertentes, et peccata homi-
num et de cetero dignentur nos, et nostram terram
nostrosque terrigenas incolas et accolas in ea habitantes,
et misericorditer agere. Et ut omnes Cerretani terrigene
et districtuales ipsius et habitantes in ipsa terra agen-
tes ab illicitis retrahantur vitam peragant licitam et
honestam

honesta quant dreimus leges statuta ordinamenta et
decreta infrascripta edere imponere et fac palam statuere
et ordinare sunt statuta et ordinamenta que articulum
de cetero per nostros rectores et officiales et terminas
quo frenses et alios nostros Comunales habitatores
cuiusque terre et in ipsa terra traccia agentes et per
omnes qui sunt sub iurisdictione ipsius terre uti libuerit
proprii iuris conservatione

In omnibus et singulis actionibus peragendis in comuni

restante

Cum iure restante consuetudine approbata nullum sine
divino auxilio

divino auxilio possit rite fundari quoniam vera

scribitur

illud quod scribitur per Paulum Apostolum quicquid feceris

verbo

in verbo aut in opere in nomine domini nostri Iesu Christi

facite, et secundum beatum Euangelistam omnia per

est

sante ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil

Idcirco

Idcirco ad hoc ut ipse qui hominem terre plasmavit

dignetur

dignetur nostram terram gubernare, et nostra peccata

et

non advertat et eius gloriosa mater coram eo intercedat

et una secum pater advocatus et defensor et patronus

Nicolaus

noster dominus sanctus Nicolaus confessor et pontifex

3v

liber

beatus qui suis miraculis coruscat in diversis mundi parti-
bus, et quia terram nostram a multis adversitatibus liberavit
ut de cetero dignetur intercedere pro nobis: Statuimus et ordi-
namus quod noster Capitaneus terre Centi qui nunc est et
pro tempore fuerit, etiam vic(arius) et eius Cons(ilium) nr et Priores
dicte terre Centi ceterique officiales terre predicte pro tempore
quotiens [illegible] debeant in eorum [illegible] juramentis
et singulis actibus et gestis in eo [illegible] semper [illegible]
principium facere ore et corde invocare nomen altissimi
Creatoris domini nostri Jesu Xpi et eius matris Marie Virginis
gloriose et beati Nicolai Patroni nostre terre Centi [illegible]
sub pena viginti sol. Cortonenses vice qualibet qua
[illegible] vel [illegible] contravenerit et
idem dicimus in quolibet consiliario Consule [illegible]
et qualibet alia singulari persona que quo-
modolibet in factis Comunis aliquid dixerit
vel fecerit.

De celebratione, et ueneratione festiuitatu infraprox sanctor, et sanctar Dei

Ad hoc ut Terra Cereti intercessionibus sanctorum et sanctarum Dei saluetur protegatur, et defendatur et gubernetur et ab aduersis tuetur liberetur. Statuimus et ordinamus quod festiuitates infrascriptae sanctorum, et sanctarum ad reuerentiam, et honorem omnipotentis Dei celebrentur et custodiantur ab omni seruili opere, ut ipsi sancti et sanctae meritis ipsorum coram Dño nro Jesu xpo intercedant ut dignetur populum christianum et maxime terrae Cereti ad honorem concordiam et pacem reducere tenere et gubernare et adunare sanctae Ecclesiae omnes christi fideles conseruare et peruersos reducere, et populum suum non permittere incidere in manibus inimicorum et fruere bene crescere facere et multiplicare ut per christianos recolligi possint et distribui amore sui nominis Infinitis.

omnes dies dominicales

festiuitates omnes Virginis gloriosae beatae Mariae matris christi, vz Conceptionis, Natiuitatis Annuntiationis Purificationis

4v

Assumptionis
et assumptionis

festum Nativitatis domini nostri Jesu xpi Christi

Stefani prothomartiris

Johannis evangeliste

Innocentum Innocentium

Calendas Januarii que dicitur festum dominice

circumcisionis

Dies veneris sancti Veneris sancti

Pasce resurrectionis domini nostri Jesu xpi cum duobus

sequentibus

Assensionis domini

Pasce Penthecosten cum duobus sequentibus

Corporis christi

omnium Apostolorum

Sancti Johannis baptiste Johannis Baptiste

Sancti Laurentij Laurentii

* Sancte Catherine Catherine

Epiphanie domini

Sancti Nicolai Confessoris et Ponificis protectoris et

patroni

Patroni et defensoris Communis Populi et hominum Cenete

Sancti Blasij

Sancti Michaelis Arcangeli

Quas festivitates mandamus et decrevimus per omnes homines

dicte Cenete intus et extra debere venerari et custodi-

ri et nullum servile opus debere fieri sine licentia

d. Capitanei sub pena quinque solidorum à quolibet con-

tra faciente et fatiendo exceptis q tempore mes-

sium quibus possit granum metere et asportari et tempore

vindemiarum mustum ad domum reduci impune. Que festi-

vitates et sero ante ipsum festum bamniatur per preconem

seu baiulum ad hoc non possit ignorantia allegari et

tale bamnimentum Capitaneus vel eius Vicarius vel

notarius fieri faciat vinculo iuramenti. Adicientes huic

statuto quod in die Veneris sancti pena predicta duplica-

tur, et nullus audeat aperire aliquam apothecam nisi

ostium prodando (vltras seu ventis partibus) nec ali-

quam tabernam sub pena predicta decem sol. Volumus

etiam quod quilibet Castrum seu villa districtus Cenete

et homines ipsius teneantur et debeant sanctorum illorum seu

festivitatem illius sancti quod temporibus retroactis

5v

consueti sunt venerari et custodire sub pena quinque sol.

De cereis fiendis in scriptis Ecclesiis et elemosinis dandis per Comune Cerreti

Item iustius fore credimus et conservationi ut bone voluntates
inviscere per aliqua bona opera demonstrentur et
statuimus et ordinamus quod ob reverentiam omnipotentis
Dei eiusque matris gloriose et beati Nicolai confessoris totiusque
Curie celestis per Comune Cerreti infrascriptis Ecclesiis fiant
dentur et offerantur infrascripti Cerei et Elemosine. In primis
Ecclesie sancti Nicolai de Cerreto in festivitate ipsius decem
et offerantur unus Cereus decem librarum Cere ponderans
Item fratribus heremitis habitantibus in ipsa Ecclesia et ibidem
commorantibus pro cenis seu capsis ipsorum omni anno et
bonis tredecim libre den. convertendis dentur per Camera-
rium Comunis. Ecclesie sancte Marie plebis Cosonte que est
mater Ecclesiarum populi et Comunis Cerreti et unde populus
Cerretanus et homines ipsius recipiunt sacra Baptisma
et Crisma in festo Assumptionis Beate Marie virginis
offeratur unus Cereus ponderis decem librarum. Item
Ecclesie sancti Francisci de Burgo in festo ipsius de
mense octobris offeratur unus Cereus Cere ponderis lib.
quinque scilicet fratribus minoribus in dicta Ecclesia moran-
tibus et commorantibus pro ipsorum cuniciis omni anno et
habere

haueri Comunis dentur per Camerarium decem libre den. conve-
nientur adhoc ut ipsi fratres materiam habeant orandi pro po-
pulo Christiano et maxime pro Cerretanis. Item Ecclesie
sancte Marie de platea mercatalis de Cerreto in festo an-
nuntiationis de mense Martij offeratur ipsi Ecclesie unus
Cereus Cere ponderis quinque librarum. Item offeratur Ecclesie
sancti Jo: in festo ipsius de mense Junij unus Cereus Cere
ponderis quinque librarum. Item Ecclesie sancti Blasij de Cerreto
in festo ipsius de mense februarij offeratur unus Cereus
Cere ponderis quinque librarum. Item Ecclesie sancti Pauli
in festiuitate ipsius die calendis mensis Maij offeratur
unus Cereus Cere ponderis quinque librarum. Et teneatur
Capitaneus uel eius Vicarius semper, et quandocumque dicti
Cerei offerentur uel aliquis ipsorum honorifice ire una
cum Confaloneriis et Prioribus ad Ecclesias predictas sub
pena centum sol: pro qualibet uice

De adiutorio fiendo ecclesie sancte Marie noue de platea mercatalis

Cum Ecclesia sancte Marie Noue indigeat reparatione et ad-
iutorio eo quia in seruitium Comunis et utilitatem.

adiutorio — seruitium — utilitatem

hominum dicte terre fuit ipsa et uno loco terminata ad aliud idcirco pro reparatione ipsius Ecclesie et ad hoc ut ipsa que in celis est pro nobis et hominibus omnibus terre Cerreti inter-cedere dignetur coram suo filio benedicto. Statuimus et ordinamus quod Camerarius Comunis qui pro tempore erit teneatur et debeat omni anno usque ad decem annos proxime sequentes dare et solvere in opere et laborerio dicte Ecclesie pro continuatione ipsius decem lib. den. Cortonensium sub pena C. lib. Cortonen.

De electione D. Capitanei Terre Cerreti et defensoris seu Canc.rii eiusdem Terrae

Quia in hijs que maioris ponderis sunt maiori cum ordine afferendum est cum maiori deliberatione et circumspectione et cautela est peragendum, et tractandum. Hinc est quod Capitaneus terre Cerreti qui est Rector et dux populi et hominum dicte Terre et ab eo dependent ceteri officiales et bona et mala que in terra peraguntur multimoda ab eo de-pendunt, idcirco de ipsius datione cautissime est providendum et ad hoc ut ipsius datio [illegible] valeat nec possit aliquam discordiam generare. Statuimus et ordinamus quod duos menses

menses ante adventum cuiuslibet Capitanei officij fiat
Consilium authoritatis et populi terre Cene in quo
proponatur electione novi
consilio proponatur de electione novi Capitanei et
ad ipsius electionem procedatur hoc ordine quod fiant bre-
ves in qualibet quarta terre et homines cuiuslibet qua-
rte assurgant pedes et Cancellarius Comunitatis mittat
in uno cappello seu beretta tot breves seu cartucias
quot sunt homines illius quarte inter quas cartucias
seu breves sit una scripta in qua sit scriptus Elector electio
Capitanei, et tunc vocetur unus puer minor duodecim
annorum qui extrahat breves pro quoque fuerit vocatus
seu nominatus a banito seu preceone et cuique accedent
dicta cartucia ubi est scriptus elector Capitanei statim
cui obvenerit dictum breve mittatur in Camera Capitanei
seu vicarij vel alterius ubi videbitur Confalonerio
et prioribus ita quod cum nemine possit loqui et si-
mile servetur. fiat pro qualibet quarta dummodo
pro quarta Cortinei et quarta terre canie sint et repu-
tentur pro una quarta et habeant unum breve seu unus
elector sit de ambabus. et quod de qualibet quarta

debeant adesse ad minus quinque homines et sint in totum
septem isti tales electores Capitanei. quibus omnibus septem
cohadunatis inter eos proponatur et tractetur de electione
Capitanei, et si in concordia fuerint bene concorditer et sibi se
cundum quod ipsi nominauerint uel elegerint et ita mittere
electio seu nominatio. Si autem fuerint discordes tunc quilibet
ipsorum faciat suum breue et scribat in ipso breui nomen illius
quem uult esse Cap. et talia breuia mittantur in uno Cappello
uel beretta, et postea extrahantur tria unum post aliud
et quodlibet breue legatur et scribatur nomen illius qui
scriptus est in breui per Canc. et dicatur primus primo se
cundus secundo, et tertius tertio alia uero breuia proiicien
tur uel lacerentur. qui Capitanei sic electi sint, et
esse debeant de terra distanti a terra Ceneti saltim
per quindecim miliaria ad minus. qui Capitanei sint
homines bone conditionis, uite, et fame amatores fideles
et deuoti sancte Matris ecclesie summi Pontificis et nominatim
presentis Cartium. qua electione sic celebrata tenearunt
debeant Confalonerius et Priores infra tres dies post electionem
et nominationem transmittere in quadam littera inclusa que
littere

Literae dirigantur R(everendissi)mo in xp(ist)o patri et d(omi)no d(omi)no Luce Carti
nalis durante tempore sue legationis, et post legationem
ipsius Enrico alteri in eius officio successori vel rectori
ipsius provincie ducatus et transmittatur ipsa electio
seu confirmatio d(omi)no Capitaneo electo cum substantia et
libertate infra posita sub rubrica, et officio, et salario
Capitanei In qua electione mentio semper fiat quod infra
tres dies teneatur, et debeat talis sic talis electio presen-
tatur acceptare vel renuntiare, et qua acceptatione vel re-
nuntiatione fidem faciat per suas literas vel publicum
instrumentum inde conficiendum. et si acciderit ipsum renun-
tiare transmittatur alteri nominato usque ad ultimum quousque
per aliquem ex electis seu nominatis fuerit talis electio
acceptata. quod si contingerit omnes renuntiare tunc iterum
de novo celebretur consilium et ad brevia iterum eligantur
electores nulla mentione seu respectu habito de prima
electione. que omnia teneantur et debeant Confalonerius
et Priores qui pro tempore fuerint sub pena perditionis
et vigintiquinque librarum pro quolibet facere de quo
debeant et valeant sindicari. Et similis electio fiat
et fieri debeat de defensore seu Canc(ellario) Comunis qui

protempore fuerit eligendus uno dumtaxat excepto quod sufficiat dicta electio Cancellarij ad introitum sui officij per unum mensem fiat. Addicientur huiusmodi statuto quod non possit aliquis eligi uel assumi in Capitaneum uel defensorem dicte terre qui fuerit in dicta terra in officio aliquo infra duos annos proxime preteritos a die finis sui officij

De iuramento D. Capitanei uel defensoris cois Cerreti R.

Cum expediens et necessarium sit homines in quibuscumque eorum gestis omnipotentem Deum creatorem, uisibilium et inuisibilium qui per suos apostolos uoluit per uniuersum orbem cunctis fidelibus, et infidelibus scripturam, et doctrinam Euangelicam predicari, ut ipsa sacrosancta Euangelia cunctis xpistifidelibus prestent cordibus, mentibus, et faucibus ut perpetuum ipsorum non tactu manibus, sed mentibus ab illicitis retrahant. Dicto uolentes Capitaneus terre Cerreti, qui protempore fuerit assumptus, et electus ad officium capitaneatus terre prefate teneatur, et debeat ante incohationem sui officij et ante quam descendat de equo in manibus defensoris seu Cancellarij terre Cerreti qui protempore fuerit tale

prestare

prestare Juramentum ipsum defendere seu Canc. existente
in Salis realis Palatij dicti Comunis una cum Confalonario et
Prioribus terre predicte cuius Juramenti forma primo
et ante omnia tactis scripturis seu libro manibus ipsius
Cancellarij talis sit et dicat ipse Cancellarius. In noie
dni nri Jesu xpi eiusque gloriose matris virginis Marie
beatorum apostolorum Petri et Pauli et gloriosissimi
Confessoris et Pontificis Nicolai protectoris patroni
advocati et defensoris Populi et Comunitatis dicte
Terre Castri Celestis Curie Amen. Principium huius
offitij dicti Canc. et progressus ac finis ipsius sit ad laudem
et reverentiam omnipotentis dei gloriose beate Marie
semper virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli
et gloriosissimi confessoris et Pontificis Nicolai protectoris
patroni et defensoris Comunitatis et hominum dicte Terre
Castri Curie Celestis sit, et esse debeat ad honorem
et reverentiam fidelitatem et devotionem sacrosancte Romane
Ecclesie s.mi in xpo patris et dni dni Urbani divina
providentia pape sexti suorumque fratrum dnorum Cardinalium
sit et esse debeat singulariter et in specie ad honorem

Marginal annotations: advocati; totiusque; protectoris patronis et defensoris; totiusque; reverentiam

9v

liber

et reverentia R.mi in Xpo patris et d. d. huius miseratione

divina tituli sancti Sixti presbiteris Cardinalis in Provin-

cijs Patrimonij beati Petri in Tuscia in spoletanum ducat-

tus pro Sancta Romana Ecclesia et d.no nostro Papa in

temporalibus Vicarij generalis possit et debeat augmentum

quies tranquillus pacificus et bonus status et pacificus status terre

Terrae dominorum Confaloneriij et Priorum et offitij ipsorum

qui nunc sunt et pro tempore erunt honorem et magnificentiam

vestre persone vestrorumque officialium et familiarium mors et

destructio omnium contrarium attentantium vel contravenientium

et ipse d.nus promittat et iubeat vobis vos nobiles viri

Capitaneus dicte Terre pro presenti semestri tempore sta-

tim tollendo dicto tali talis mentis et ut sequitur finirem

fuaris et fuendo promiterent mihi f. pub.co notario

et nunc defensori et Cancellario dicte Terre tamquam

publice persone pro me stipulante et recipienti vice et

nomine Sacrosancte Romane Ecclesie superiorum sacrorum dominorum

et totius Comunitatis Terre et cuiuscumque alterius persone

interest vel in futurum interesse poterit dictum vestrum offitium

pro dicto tempore semestri bene legaliter et fideliter

faciendum

faciend. et exercend. et fieri et exerceri facere per nos et ue-
stros officiales et familiares quo tempore prenominato
promittens eidem et iurans quod dicto tempore erit fidelis et
deuotus reuerens et obediens dicte sancte Romane
ecclesie summorumque pastorum et rectorum et conari et opera-
ri quod dicta terra Comitatus semper sit et manuteneatur
in fidelitate deuotione et obedientia dicte Romane ecclesie
et dictorum dominorum pastorum et rectorum Item promittens quod
quo modo quod ipsa terra Comitatus eat seu extrahatur
de manibus et protectione obedientia et fidelitate
ipsorum. Et quod in ipsa terra aliquis dux Comes
Baro uel dominus uel aliqua singularis persona ha-
beat dictis preminentiam dominium uel potestatem super
dumtaxat exceptis Item promittens quod si quis summus Pon-
tifex Curie Legatus Rector prouincie Thesaurarius uel
quicumque alius officialis dicte ecclesie et pro ipsa ecclesia
morte moriatur uel aliquo membro priuatur seu debili-
tetur siue capiatur seu carceretur quocumque modo contrave-
niens decreta constitutionem integra condita et edita per bone
memorie dd. Ioannem Papam xxij. Benedictum xij =

clementem vi. Innocentium secundum Urbanum quintum Gregorium
undecimum et Urbanum sextum et alios Pontifices et successores
fienda serventur et observantur Iura undecumque ecclesie
servabitis et conservare facietis intacta et illesa Iura im-
munitates et Privilegia dicti Comunis Ceneti conservabitis
et augumentabitis et non permittentis quod ipsis ipsum Comune
privetur vel ex ipsis in aliquo ledatur vel privetur, sed
potius augumentetur bone et honore dicti Comunis conser-
vabitis et conservare faciatis et nec permittentis quod depen-
dantur in malam partem credentias et cetera vobis impo-
sita et imponenda perfecta et imperfectum et tempora ad tempus
retinebitis et nemini propalabitis Statuta reformationes
et ordinamenta dicti Comunis observabitis et observare facietis
per vos et vestros officiales et familiares. Sedebitis urbanum
Juris vos seu vicarius vester et alij officiales bis in die se-
cundum formam statutorum terre Ceneti et Jus unicuique
persone ministrabitis et ministrare faciatis tam in civilibus
quam in criminalibus causis et maxime pupillis orfanis
et viduis et alijs miserabilibus personis prout et sunt
per Comunis vel aliquem ipsorum fundere postulationem fuerit
stabitis

stabitis nec tempore vestri offitij cum vestris offitialibus
familiaribus et equis continuato tempore in terra Ceneti
in Palatio vobis deputato honorifice et honeste et de
dicta terra Ceneti non recedetis seu extra terminum ipsius
non pernoctabitis absque licentia et voluntate prefati domini
nostri domini Cartis Marini vel confalonarij et Priorum
seu consilij dicte terre cuius contenti vestro salario
vobis in vestra electione contento et declarato et ultra
dictum salarium non petetis nec peti facietis per vos vel aliam
interpositam personam ullo colore quesito vos nec vestri
offitiales ibitis in ambassiatis aliquibus nisi in casibus
per formam statutorum permissis et declaratis finito tempore
vestri offitij vos cum vestris offitialibus familiaribus et
equis stabitis ad sindicandum coram sindico ordinario per Comune
predictum secundum formam statutorum dicte terre Ceneti et
vestre electionis reddituri unicuique rationem et male gestis
et neglectis et contingente vos condemnari in aliquo vos
aut aliquem ex vestris offitialibus seu familiaribus
represa[-bias] contra Comune Ceneti vel singulares per-
sonas ipsius in terra vestra non petetis nec peti facietis

liber

assignatas nobis Cam.° dicti Comunis in fine nostri offi
cij unum pauese una beletta et unam barbottam ualoris et
extimacionis secundum formam stacutorum et nostre elecionis
Hec et alia que tenemini facere operare et exercere secun
dum formam nostre elecionis et stacutorum dicte terre faciatis
et fieri faciatis operabitis et exequcioni mandabitis toto uiro
posse si deus uos adiuuet ad sancta dei euangelia corpora
liter tacto libro et simili Iuram.to prestare teneantur et de
beant Confalonerius et Priores et eo defensor seu Cane.s et
ceri officiales in consilio ad bonum Iuris in manibus Ass.ri seu
defensoris

De offitio salario et numero officialiu et famulo(rum) d.
Capitanei terre Cerreti — 7

Quia condecens reputamus quod capitaneus dicte Cerreti honorifice
se habeat circa suum officium exercere exercere possit, et ualeat
sua Iurisdictione tueri, et amplari per Iura et arma ut
maledicentes et delinquentes penis subiciantur multentur multeretur
et condamnentur et condemnationes et multe exequcioni de
beat mandentur. Volumus et hac municipali lege decernimus
stacuimus

statuimus et ordinamus, quod Capitaneus bene tenere ha-
beat et habere debeat, et ~~teneri~~ [circled] secum teneatur unum
Judicem ~~bene peritum~~ theoricum et practicum unum socium mi-
litem sufficientem et aptum ad arma portanda; qui sit [decens]
notarius et duos alios notarios probos et expertos, quorum
~~unus deputetur ad maleficia et alius ad damna data~~ ||
duos domicellos [actos] aut famulos seu ~~birruarios~~ [Cursarios] ~~...~~ alios
ad arma portantes [portantes] unum [paginum] pagium seu ragazium et duos equos
qui omnes tam officiales quam familiares esse debeant
de terra distanti à terra [distantes] Tereni ad minus per quin-
decim milliaria. Qui Capitaneus possit suos Judices [decenos]
officialibus familiaribus predictis et equis habere de-
beat pro toto [toto] tempore [semestri] sui temporis pro suo salario trecentos
florenos auri, et 25 solides. hoc addito quod nullus mo-
ra et redditus sit esse debeat ipsius Capitanei ratio
periculo et fortuna. Et si contingeret quod Deus avertat
ipsum Capitaneum mori post inceptionem officij ante tamen
officium inchoatum nihil heredes eius possint à dicto Com.
Tereni petere occasione electionis facte vel inceptionis officij

12v

liber

et si contingeret quod aliquem ipsorum dominorum Capitaneorum decedere

post inchoatum officium vel ipso officio durante solvantur

ei seu heredibus eius porata ipsius temporis quo servivit

et amplius petere non valeant. Volumus tamen quod Capitaneus

dicte terre et eius Judex et Vicarius in Civilibus

et criminalibus habeant merum et mixtum imperium et

Jurisdictionem et gladij potestatem inquirendi cognoscendi

examinandi decidendi et sententiandi omnes et singulas

causas civiles et criminales vel mixtas coram eis

ortas vel orituras secundum formam statutorum terre

predicte ubi de predictis statuta loquuntur in casibus

in quibus statuta non loquuntur secundum formam constitutionum

sancte ac matris Ecclesie et Provincie ducatus

et ubi constitutiones non loquuntur secundum Jus Commune

et postea civile. qui dominus Capitaneus teneatur et

debeat singulis diebus non feriatis per se vel suum Judicem

stare et vicarium sedere ad bancum et seruitiles et servitiet

not. maleficiorum bis in die de mane ante tertias et

de sero

detero post nonas et ante vesperas congruis horis et
temporibus, et dies ministrare unicuique petenti prout
postulat ordo iuris et teneatur et debeat in his terminis
dictum Capitaneum suum officium diligenter de die
et de nocte exercere per totam terram et inquirere contra
arma portantes ludentes ad ludum azardi et contra
quoslibet delinquentes maxime contra tabernarios
beccarios panifaculos piscatores molendinarios
fornarios ponderatores et mensuratores, et alios quos-
cumque tam reminxerunt quam fecerint, et eas executiones
facere de omnibus et singulis condemnationibus et con-
demnatis tam personaliter quam pro collectis
[illegible] maxime de hijs qui si derivatores pe-
[illegible] tam tempore sui officij quam suis precessoris
pena decem librarum pro quolibet et quater de quibus
omnibus teneatur et debeat dictus Iudex omni mense
generalem inquisitionem facere et reperiens culpabiles
punire et condemnare secundum formam statutorum

liber

sequentium expediteis absque aliqua alia sententia vel
processu. Et si in predictis fuerit negligens
vel aliquo predictorum condemnetur in vigintiquinque (vigintiquinque)
libris tempore sindicatus. Item teneatur et notarius
maleficiorum scribere omnes et singulas accusationes
vel denuntiationes exhibendas coram domino Cap.
vel eius vicario, et et inquisitiones per eos vel
alterum ipsorum ex eorum offitio, seu ad proclamationem
alterius formandum, eadem die vel sequenti post
accusationem seu denuntiationem exhibitam vel inquisitionem
formatam copiam mittere de verbo ad verbum dominis
Confaloniero, et Prioribus de qua missione mentionem
faciat in actis, et omnes citationes et relationes baiulorum
et exbannimenta statim post relationem factam per
baiulum vel precone, et excusationes quarumcumque
accusatorum denuntiatorum, vel inquisitorum et eis
post eorum excusationem copiam facere de ipsa accusa
denuntiatione vel inquisitione si poterit, et defensiones

seu actos

seu articulos recipere et registrare et testes tam ad offensam quam ad defensam recipere ad iuramentum et dare in presentia domini Capitanei vel eius vicarii qui ipsos testes examinent et sententias omnes scribere in cartis pecudinis et ipsos assignare Camerario infra tres dies post ipsas sententias latas sub pena decem librarum denariorum pro qualibet vice qua fuerit repertum contravenire in aliquo predictorum. Volumus et quod si aliquis in curia incorrerit vellet copiam de aliqua scriptura ipsius notarii quod notarius teneatur ei tradere recepta ab eo competenti mercede unius anconetani pro quolibet folio si potius vellet manu notarii si vero petens velit copiam tali manu alterius notarii teneatur notarius scripturam comodare dum tamen copias libri seu scripturam extra palatium et folium intelligatur non portet libri prout dicetur infra de officio notarii caulantium (?) civilium

Item volumus quod notarius damnorum datorum teneatur et

et debeat recipere omnes et singulas accusationes denuntiationes
vel inquisitiones seu querelas coram eo seu domino Episcopo
vel Vicario exhibendas de quibuscumque damnis datis,
et etiam ipse proprio officio inquirere, vel rimari
contra quoscumque damnum dantes de die vel de nocte
personaliter vel cum bestijs et per territorium dicte terre
a Calendis mensis Maij usque ad Calendas mensis Novembris
semel in die personaliter accedere et repertos culpa
biles punire secundum formam Statutorum dicte terre
et credatur eius relationi et familie seu baiuli
qui secum accedent pro predictis et in omnibus et singulis
casibus supradictis et alijs quibus licet per formam Statuti
procedere et punire summarie, et de facto sine strepitu
et figura Judicij ad manus Camerarij penas et damna
facere devenire cuius apodissa tamen manu sua
scripta in qua contineatur nomen debentis solvere
causa propter quam et quantum solvendum fuerit quam
apodissa facta solutione Camerario sive infilsare
teneatur

teneatur et debeat dictus Notarius, et in fine sui officij teneatur resignare, et de omnibus hijs unum quaternum facere uno signo sub breuitate omnia predicta scribat cum fine sui officij publicatum restituat. Volumus etiam quod predicti socius miles Not.s maleficiorum et Not.s dannorum datorum et quilibet ipsorum teneatur et debeat omnes et singulas scripturas ad suum officium spectantes et pertinentes facere et scribere integras et literas absque aliqua cancellatione nulla pecunia recepta ab aliqua persona sub pena decem librarum pro quolibet vice. Volumus etiam quod dicti miles et not.s et quilibet ipsorum in officijs exercendis et circa exeq.nes ipsorum unus valeat et possit supplere vicem alterius et teneatur et debeat dictus miles semel et continuo teneatur et debeat dictus miles semel ad minus in addomada, et nocte ire in burgum Pontis et bis in addomada ire publice et palam inquirendo per arma portantibus in terra Castri Burgi Pontis et Platea Pontis et Castro dicti pontis sub pena pre

Addentes huic statuto, quod prefatus d. Capitaneus nec
eius Vicarius, uel quiuis alius officiales, nec aliqua
alia persona eorum uel alterius ipsorum nomine audeat
uel presumat aliquo quesito colore directe uel indirecte
quomodolibet permictere uel attemptare quod eorum salarium
sibi permissum aliquid addatur, uel largiatur uel aliquid
donum uel exennium eis uel alteri ipsorum fiat, uel detur
sub pena uigintiquinque lib. pro quolibet attemptante
uel procurante. Et si proposita fuerit in consilio eo
Confalonerio et Dominibus proponentibus in pena XXV.
lib. et eadem Cane et consulentes Arenghanti et nihil.
qd. deliberatum fuerit non ualeat ipso Iure. Et Cam.
si soluerit condemnetur in XXV. lib. et quid soluerit
uel dederit de suo proprio restituat Comuni. Volentes
etiam quod predicti Capitaneus Vicarius et ceteri officiales
non possint, nec ualeant a dicto eorum offitio se absentare
dicto tempore sequentium nisi de licentia d[omi]norum Conf[alonerii].
et D[omi]norum quam concedere possint pro quinque diebus tantum
et non ultra sub pena dicto Capitaneo pro qualibet die
decem

decem florenorum Judici quinque florenorum socio militi et cuilibet notario unum florenorum auri pro qualibet et qualibet vice ultra autem dictos dies quinque licentia concedi non possit nisi per consilium et sergham oppidi. ... et Com. qui protempore fuerit teneatur et debeat scribere dictos accessus et reditus ipsorum et cuiusque ipsorum, et et teneatur et debeat dictus Capitaneus in fine sui officij dimictere et relaxare Com.° Civis Ceneti pro ipso Comuni recipienti unam barbacianam valoris unum florenorum unum pavesse valoris duorum florenorum et unam balestram valoris et extimationis unius florenis auri

De electione et auctoritate consilij populi Ceneti — n. 86

Expedit unumquodque cum consilio agi ad hoc ut post consilium non peniteat de antea male gestis et expedit Reipublice homines habere destrictos, ut valeat recte gubernari. idcirco statuimus et ordinamus, quod in terra Ceneti sit et esse debeat unum consilium quadraginta bonorum hominum fidelium et devotorum Sancte matris Eccleske

et amicorum ipsius Bonifatii boni status quod consilium sed
seu cuius consilij officium duret per sex menses quibus
sex mensibus finitis fiat extunc unum aliud consilium
aliorum quadraginta bonorum hominum ut supra fidelium
et devotorum quod consilium vocetur et nominetur consilium
auctoritatis populi Terre Ceret. Et ad hoc ut consilium
istud fiat modo convenienti et debito certalis ut diffe-
rentia inter Ceretanos oriatur volumus quod Capitaneus
Terre Ceret qui nunc est et pro tempore fuerit et Cons.
et Priores auctoritatem habeant et plenariam potestatem
eligendi et nominandi octuaginta bonos viros Terre
Ceret si eis videbitur quorum quadraginta sint
de primo consilio et quadraginta de secundo consilio
et quodlibet consilium duret per sex menses et quod
libet dictorum consiliorum et in numero dictorum consilia-
rum debeant esse de hominibus cuiuslibet quarterii
et numero quo videbitur ipsis dominis Capitaneo Cons.
et Prioribus et in quolibet consilio fiendo debeant adesse
ad minus due partes dictorum quadraginta consiliariorum
qui sint

qui sint numero vigintiseptem et quod obtemptum
fuerit per maiorem partem assistentium vel presentium
valeat et teneat ac si factum esset per totum Consilium
excepto ubi proponeretur vel deliberaretur de
aliqua expensa per Comune fienda quo casu per
totum debeat obtineri seu vinci per duas partes
talium assistentium seu presentium. Et primo anno
proponatur in consilio de electione novi Consilij
et quod obtemptum fuerit exequutioni mandetur
per Capitaneum Confalonerium et Priores Addendo
quod quilibet Consiliarij debeant esse maiores viginti quinque annis
statuentes et quod nullus qui erit de numero Consi-
liariorum permaneat in dicto consilio stare sine licentia
dictorum Capitanei, Confalonerij, et Priorum pena quinque
solidorum pro quolibet et qualibet vice quandocumque Con-
silium fuerit bannitum per preconem vel baiolum
et campana fuerit pulsata ipsi Consiliarij debeant
se congregare in palatio D. Capitanei vel in Palatio

residentibus Confaloniario et Prioribus ubicumque eis fuerit
intimatum audire propositas legendas per Canc.rium
seu defensorem consulere super ipsis propositis consulere
bona fide illud quod utilius videbitur pro Comuni
Dummodo consultor non excedat numerum trium hominum
consulentium sine licentia Capitanei vel Confaloniarij
nullus adsurgat ad consulendum ultra numerum predictum
pena quinque solidorum, et quod nullus transferet vel
consulat contra propositas pena quinque solidorum et super
consilijs redditis supra propositas Cap.s vel eius Vic.s de
voluntate Confaloniarij et Priorum vel ipse Cons.
mictat partitum ad bussolas cappelluccas et si fuerit
de minimis de levando ad sedendum et quod obtentum
fuerit valeat, et teneat ut supra dictum est et tantum
computatis palluctis cuiusque bussole teneatur Canc.s
in suo libro scribere et in reformatione facere mentionem
dicendo placuit tot consiliarijs qui miserunt eorum palluctas
in bussola albam del sì non obstantibus tot qui miserunt
eorum palluctas

eorum palluctam in bussula nigra de l no et nullus

consiliarius recedat de consilio sine licentia dicti

Capitanei seu Confalonerii pena quinque solidorum

et miles socius dicti Capitanei teneatur et debeat

eum hominum delinquentes in singulis consiliis

supradictis executionem facere, et pecuniam in cippum Communis

mictere sumarie, et de facto nisi iustam causam

allegaverit delinquens quam suo arbitrio relinquimus

Teneatur et quilibet Consiliarius dum micteret per

nem ambas manus mictere in bussulas sub pena

duorum solidorum pro quolibet et qualibet vice et Cancellarius

debeat dictas palluctas alta voce numerare et dicere

tenetur hine stantes quam quando unde eatur dicti

Capitaneo Confalonerio et Prioribus aliquos homines de terra

[illegible] ceterum ultra numerum Consiliariorum vocare

possint et valeant pro eorum libito voluntatis

dum tamen numerus supradictus Consiliariorum compleatur et

et Cancellarius de hoc faciat mentionem et quicquid in dicto

consilio cum adiunctis vel sine fuerit deliberatum vel obtemptum
modo ipso valeat et teneat ac si factum esset per generale
consilium dummodo non possit nec valeat aliquid deliberare
vel confirmare quod sit contra ordinationem factam in consilio
vel contra formam statutorum nec ipsa statuta tollere
cassare annullare vel suspendere et si factum fuerit
non valeat ipso iure.

De electione Confalonary et Priorum terre Cerreti — 9

Cum expediens sit et opportunum sit in terra Cerreti Confalonarium
et Priores pro servando iura Comunis predicti sine
quibus esset sicut ramus sine arbore vel timone. Ad ciò
adhoc ut Comune Cerreti de bono in melius succedat
et augumentetur in futurum. Statuimus et ordinamus
quod in terra Cerreti sit et esse debeat unus probus
et bonus vir qui sit et nominetur Confalonarius
populi et comunis Cerreti, et cum eo sint et esse debeant
alij quatuor boni homines qui vocentur sint et nominentur
Priores Populi dicte terre ad quorum electionem procedatur
ordine

ordine infrascripto. quod durante tempore legationis
seu vicariatus R(everendissi)mi in Christo patris et domini bone miseratione
divina tituli sancti Petri presbiteri cardinalis in pro-
vinciis patrimonii beati Petri in Tuscia et spoletan(i) ducatus
pro sancta Romana Ecclesia et domino nostro Papa vicarii
generalis ipse dominus eligat et eligere valeat predictos
Confalonarium et Priores, ac et Camerarium si ei videbitur
semel in anno si paternitas sua decreverit pro toto
anno imbussulandos in quadam buxula, seu scatula in
qua mictantur sex brevia, et in quolibet dictorum breviorum
sit scriptum nomen unius qui sit confalonarius et nomi-
na quatuor aliorum hominum qui sint priores et unius
veri hominis qui sit Camerarius. Quorum officium
omnium duret per duos menses. Et qui fuerit semel
Confalonarius Prior vel Camerarius ad idem officium
non possit iterum assumi eodem anno, et quod de guayta
unde est Confalonarius non possit esse aliquis Prior
et priores etiam ipsi sint de diversis guaytis et quod se-
quens Confalonarius nec et Camerarius non possint
esse de eadem guayta qua fuerit precedens Confalonarius

vel Camerarius Et si iste malus videretur ipsi dño
auctores unusquisque alias ipsius paternitas ordinet et
reformet pro suo libito voluntatis. Et finito tempore lega-
tionis tanti domini que necesse est temporibus terminari
Statuimus et ordinamus quod ad electione predictorum
procedatur hoc ordine quod coadunetur consilium saltim
per duos dies ante finem cuiusque officij Confalonarij et priorum
in quo consilio contrahatur sex brevia in quorum uno scriptum
sit elector Confalonarij et in quatuor brevibus sit scriptum
in quolibet de per se elector prioris in ultimo autem brevi
seu sexto sit scriptum elector Camerarij et in hijs scriptis
mittentur Consiliarij et fiant tot brevia quot Consiliarij
in Consilio sunt numerati hijs sex brevibus connectantur
in cappello seu biretto et vocetur unus puer minor duo-
decim annis coram Consiliarijs stante pedes et adstantibus
et bacilus Comunis seu preco vocet quemlibet Consiliarium
per se de numeratis ordinate de tribus in tribus quociens
puer extrahat breve et det in manibus Cancellarij qui
legat breve et si nihil est scriptum in breve Cancellarius
dicat alba

dicat alta voce bianka. sin autem rescenciat [illegible]
tunc talis incongit bene mictatur in una Camera
et tali custodiatur quod nemini loqui valeat et suc[illegible]
ve talia fiant usque ad ultimum, et qui fuerit electus
Confalonarij mictatur detineri in una Camera solus
ab alijs et antequam recedat eligat confalonarium qui
sit esse debeat pro duobus sequentibus mensibus Alij
autem quatuor electores priores eligant quos voluerint de
diversis tamen guayfis. Et si contigerit aliquem eligere
in priorem electum confalonarium vel de eius guayta cogatur
ad eligendum alium de aliqua alia guayta, et ne ex[illegible]
de Camerario hoc semper attento quod Confalonarius et
Camerarius non eligatur de eadem guayta de qua fuerint
eorum in officio precessores et tales Confalonarius et priores
et Camerarius sint esse debeant, et in[illegible] ianeur
pro duobus mensibus subsequentibus [illegible] semper quod ad
[illegible] officium ad quod semel fuit electus eodem anno non
possit iterum assumi et si assumptus fuerit ipsius electio
non teneat ipso iure nec [illegible]

20v

liber

De offitio et auctoritate Conf. et Prior. Terre Cerreti. 1 x

Ad hoc ut confalonarius terre Cerreti et Priores populi dicte terre possint, et valeant comodius stare ad providendum et operandum cum officium ad quod electi et positi sunt pro utilitate et comodo dicte terre. Statuimus et ordinamus quod Confalonarius dicte terre et priores debeant stare et morari et continuam residentiam faciant et facere debeant in Palatio cum solite residentie cum modis inferius declarandis, et ut melius et habilius residere valeant expensis fiendis. Volumus quod quolibet mense habere debeant de bonis et havere Comunis a Camerario eis singulis mensibus persolvend. sex floren. auri de quibus quia Confalonarius continuam residentiam facere debet in dicto Palatio habeat ante partem unum florenum, et residui quinque floreni dividantur inter eos omnes Comuniter pro expensis per eos fiendis de quibus solvant uni famulo eam partem que eis videbitur, ita et taliter quod ipsum famulum teneantur cum sumptibus et expensis absque maiori salario quem famulum si non retinuerint de dictis quinque florenis

florenis non habere debeant nisi solum tres florenos
et Camerarius eis plus non det. qui famulus si pereos
retentus fuerit valeat et possit, et sit bailus Comunis
et eius citationes, et relationes teneant et valeant uti
citationes aliorum bailorum comunis predicti et eis fides
adhibeant ut aliis bailis Comunis predicti. qui Confa-
lonarius una cum uno ex prioribus, et unus ex prioribus una cum
secundum quod inter eos fuerit deliberatum teneantur et
debeant continuam residentiam facere die noctuque in dicto
palatio et inde seu extra plateam mercatalem non discedere
absque expressa licentia domini Capitanei, quam licentiam dictus
Capitaneus concedere non debeat, nisi ex evidenti, et necessa-
ria causa sub pena predicti iuramenti. Excepto quod si contige-
rit ipsum Confalonarium ire pro factis Comunis, quod exire
possit, et valeat impune, et si secus per eos fuerit
attemptatum, seu factum pena decem lib. den. contravenientium
vice qualibet condemnetur. Item teneatur dictus Confalonarius
in dicto palatio habere et tenere vexillum populi seu
banderiam et duos sigillos Comunis unum parvum et unum

liber

// magnum pro litteris sigillandis. Item statuimus et ordinamus

quod prefati Confalonarius et Priores possint et valeant

quodcumque eis videbitur, et placebit pro bono et pacifico statu

dicti Communis cohadunare, et cohadunari facere certum

seu consilium auctoritatis, et populi dicte terre in Palatio

eorum residentie et ibi in dicto consilio deliberare et

reformare id quod utilius videbitur fore faciendum

pro utilitate dicti Communis: et quicquid in dicto Consilio

populi, et auctoritatis fuerit reformatum valeat et teneat auctoritate

presentis statuti non obstante quod Capitaneus vel eius Vicarius

ibi personaliter non adfuerit, volumus etiam quod Capitaneus

dicte terre qui pro tempore fuerit teneatur et debeat,

vinculo Iuramenti, et pena XXV. lib. quotiens requisitus

fuerit a prefatis Confalonario et Prioribus consilium seu Regimentum

bannire facere, et congregari. // Item possint et valeant dicti

Confalonarius, et Priores vel ipse Confalonarius cum uno

ex Prioribus multare et punire seu penam imponere, et ipsam

exigere, et exigi facere usque in quantitate centum solidorum

denariorum et de facto. Item teneantur, et debeant predicti

Confalonarius, et Priores una cum defensore seu Cancellario Communis

semel

semel ad minus monstrare facere de officialibus familiis
et equis d(omi)ni Capitanei quolibet mense, et aliorum offi-
cialium, et stipendiariorum et Castellanorum Castrorum dicte
terre Cenete et caute investigare, et inquirere de hijs
que in dictis castris peraguntur sub pena XXV. lib.
pro quolibet ipsorum vice qualibet. Item teneantur, et debeant
ipsi Confalonerius, et Priores una cum dicto Canc.o et Cam.o
ipsi Comunis sub dicta pena inventarium facere de rebus et sin-
gulis massaritijs, et arnesibus Comunis que sunt in Palatio
Comunis residentie d(omi)ni Capitanei, et etiam in domo Canc.rie
et ipsas res revidere, et revideri facere et inventarium
predictorum suis successoribus consignare. Item teneantur et debeant
ipsi Confalonerius, et Priores quotiens aliquis rumor seu
tumultus fuerit in terra Cenete, et videbitur fore expediens
exire in plateam cum vexillo Comunis ad hoc ut Ceneten-
ses ipsum sequi valeant et possint, et teneatur quilibet
Cenetanus pena centum librarum den. contrarium de facto
auferat a quolibet contrafaciente ipsum Confalonerium et vexillum
sequi quotiens duxerit videndum fore, pro bono statu et pacifico

dicti Comunis. Item teneantur et debeant predicti Confal.
et Priores reviderj facere per ronciatores Comunis potius
et electos ad revidendum rationes cuiuscumque Camerarij et
maxime camerarium eorum offitij precedentis contra alte
dies post depositionem offitium dicti Camerarij ipsumque facere
absolui uel condemnari cum fine quaterni exitum et
introytum dicti camerarij manu defensoris seu Cancellarij
dicta sententia describatur pena C. lib. tam Confaloniero
et Prioribus quam ipsi Cancellario, et ronciatoribus. Item
teneantur et debeant Capitaneus Terre Cenete ad petitionem
dictorum Confalonerij, et Priorum quotiescumque requisitus fuerit
mittere offitiales, et familiares suos pro exequendo ea
que ipsi decreuerint exequenda pena XXV. lib. vice
qualibet. Item teneatur famulus confalonerij et Priorum
semper, et quandocumque expedierit de mane et de sero
et pro consilijs et alijs necessarijs Comunis campanas
pulsare et ad alias pena C lib sol. vice qualibet
pulsanda quam ab ipso non pulsante quam ab alijs pul-
santibus exigend.

De offitio et

primus

De offitio et auct.te defensoris seu Canc.rii terre Ceneti et eius sal.o - 1

Item cum expediens et necessarium sit in terra Ceneti officium defensoris seu Cancellarii. Statuimus et ordinamus quod in terra Ceneti sit et esse debeat unus probus et expertus notarius forensis cuius electio fiat secundum quod declaratum est supra in quarto capitulo de electione Capitanei. Qui defensor seu Canc.s esse debeat de terra distanti a terra Ceneti saltim per quindecim miliaria ad minus. Qui defensor ad hoc ut nomen sit consequens rei teneatur et debeat omnia et singula Iura Comunis manutenere et defendere, et etiam teneatur die noctuque attendere circa custodiam dicte terre intus, et extra, et etiam Burgi Pontis cum omni solicitudine, et vigilia qua melius et utilius videbitur fore expediens et custodes diurnos et nocturnos ponere ad ianuas et alia loca necessaria et consueta et ipsos custodes requirere et mittere horis congruis et temporibus debitis, et inobedientes circa debitam custodiam peccantes punire in duplum eius quod peniteretur quia custodiam non venerit, et nihilominus ipsam custodiam reficere teneatur

liber

et pecunia que solvitur dicta de causa in Capsam Comunis
in domo ipsius Cancellarij existentis vinculo Iuramenti
mitti faciat sub pena decem lib. et ipsam scribat et scri=
bere teneatur eam nomen mittentis, quam pecunie que
mittitur, et causa propter quam in quodam bastardello
scribere teneatur cum presentia duorum testium, et diem, et mense
qua soluta fuerit, et ipsum bastardellum seu similem
copiam dare teneatur eadem die vel sequenti Cancellarius
scribere omnes et singulas reformationes deliberationes et
ordinamenta que fierent in arengho, vel consilio, vel
per ipsos Confalonerium, et Priores, et omnes et singulas scripturas
que pertineant, et spectarent Comuni predicto eam publicis
custodie quam collectarum, et vindicationum et aliarum quarumcumque
Teneatur et et debeat Canc. omnes et singulas condemnationes
quorumcumque hominum de Ceneto vel eius districtus, que
essent facte et occasione daticarum non solutarum, vel custo=
diarum non factarum ad petitionem cuiuscumque ipsas condemnationes
solventis sine aliqua solutione, vel mercede petenda recepta
de omnibus

Fo cons. ex consiliis teneat ad deb. idem

de omnibus et singulis casibus supradictis non obstante aliquo statuto vel consuetudine in contrarium hactenus observata et si aliquam quantitatem pecunie receperit supradictis vel aliquo predictorum condemnetur in Co[mmun]i in quadruplo, et dans in dicto tempore sui sindicatus qui defensor et Canc[ellarius] habere debeat pro suo salario et pro uno famulo tenendo et per eum retinendo pro toto tempore semestri quadraginta florenorum auri sibi solvendos per Camerarium Communis de duobus mensibus in duos menses - qui famulus dicti Cancellarij teneatur et debeat et possit omnes et singulas citationes et gravationes pertinentes et spectantes ad officium ipsius defensoris vel Canc[ellarii] facere et exercere ut alij baiuli dicti comunis et ei credatur in suo offitio, et solutionem recipiat de hijs que fecerit v[idelicet] de pignoribus, et alijs gravationibus ut alij baiuli p[rese]nti Js teneatur, et debeat dictus defensor seu Cancellarius intendere solicite circa reparationem et aptationem pontium fontium et viam secundum formam statutorum dicte terre, et in predictis habeat cognitionem, et iurisdictionem possit et valeat

in omnibus, et singulis casibus supradictis punire et condemnare secundum formam statutorum vel ex iuris forma sicut posse cognoverit libere licite. Et teneatur, et debeat idem Cancellarius parere, et obedire mandatis dominorum Confaloneriorum, et priorum et secum accedere de die et de nocte ad inventarium et revidendum certa mures et castra dicti Comunis et omnia et singula que expedient circa ipsum offitium facere et similiter teneatur eius famulus pena XXV. lib. correndum vice qualibet qua per ipsum Cancellarium contrafient convenienter. Addentes huic statuto quod de condemnationibus maleficiorum quas dictus Cancellarius cassaverit possit recipere pro suo labore et mercede a qualibet condemnatione casso unum bolognino dummodo non excedat summam quinque anconitanorum

De electione et offitio Camerarii Comunis — 12

Ad hoc ut pecunia comunis manuteneatur et non dispergatur sed modo et ordine conservetur et expense Comunis mature et deliberate fiant. Statuimus et ordinamus quod in terra Cenete sit et esse debeat unus Camerarius bonus et sufficiens de hominibus de Cenete qui eligatur ut supra in nono capitulo de electione Confalonerii

Confalonarij et Priorum sit mensis ad manus cuius Camerarij
venire debeant omnes et singuli introitus comunis eam
omnium colligendorum et percipiendorum quam quarumcumque condem-
nationum et aliorum quorumcumque introituum seu proventuum
et per eius manus fiant omnes et singule expense Comunis
que fieri debent eam ex forma statutorum quam alia qua-
cumque de causa. Qui Camerarius predictus ad hoc ut
in dictis introitibus et expensis fraudare vel fraudari
non possit teneatur et debeat manu Cancellarij dicti
Comunis facere fieri et scribi unum quaternum in carta
pecudina qui quaternus sit penes ipsum Cancellarium vel penes
confalonarium et Priores prout ipsi Confalonarius et Priores
decreverint et unum aliud quaternum in carta bambacina
qui scribatur manu ipsius Cancellarij vel alterius prout
sibi libuerit. Qui quaternus sit penes ipsum Camerarium
In quibus quaternis seu libris modis predictis scribantur
omnes et singuli introitus et proventus qui pervenerint
ad manus ipsius Camerarij eo mense et die quo habuerit
ipse, et etiam seu expense quas ipse fecerit de pecunia

scribantur stenose et etiam similiter in dicte camere
secundum quod apparuerit esse scriptum in eius apodixa
sigillata sigillo dicti Capitanei et dictorum Consiliarii
et Priorum. que bullette ante quam sigillentur per Canc.re
Comunis legantur in consilio populi et audientibus ubi
adsint ad minus viginti homines qui ipsas bullettas
approbent saltim de levando ad sedendum. Et si in
aliqua bulletta sive expense esset error seu displiceat
aliquid de circumstantibus mictatur ad bucholecte
pallottas inter consiliarios que approbari debent per
duas partes ut supra dictum est et de hiis omnibus Canc.
in ipsis bullectis seu apodixis sua manu propria faciat
mentionem expeditam omnia teneatur Canc. facere et
scribere pena C. lib. qui Canc. teneatur et debeat
vinculo Iuramenti fini sui officii et ante nel sequenti
sindicibus introeuntibus eorum publicatos et clausos
consignari Confaloniario et Prioribus qui pro tempore
erunt ut ratione ipsius libri videre possint et examinare et
calculari et similiter Canc. teneatur consignare prius
Confaloniario et Prioribus pena decem lib. Canc.o et Cam.o
qui

primus

qui Camerarius videat ita et taliter in dicto suo officio
se habere quod dictis suis superstitibus et dicem
rigent ipsum Camerarium plus expendere, quam ad eius
manus pervenerint sibi imputetur et a Communi nullo
tempore petere possit et si reperient ipso facto incurrat
pena quinquaginta lib. de facto exigen. per Capitaneum
dicti Communis Durat. dicti Camerarius et pecunie Coris
que ad eius manus pervenerint de datiis impositis
pro una causa seu misterio Coris non expendat in aliud
causam et si expendiderit incurrat penam predictam Et
[illegible] possit cogi ad restituendum ipsam pecuniam expensam
in Communi volumus tamen quod dictus Camerarius possit
cogi per Capitaneum vel alium officialem ad solvendum
aliquam quantitatem pecunie ultra introytum ad eius manus
pervenientem Et si cogeretur vel forte carceraretur per Cap.
dicta de causa ipso facto Cap. incurrat penam C lib. Et
teneatur et debeat dictus Camerarius dictum [illegible] lib.
introitum et exitum scribendum manu Cancellarii in a[illegible]
seu incipi facere infra tres dies post inceptum suum officium

l'oo'ės et singulos incurius qui ad eius manus peruenerint ca
d'ē uel sequenti qua habuerit scribi faciat per manus
Cancellarij pena C lib. et ultra Cam.o ti supradicti et
habere debeat dictus Camerarius pro suo salario mensis
quolibet duos florenos. Item statuimus et ordinamus quod
dictus Camerarius teneatur et debeat recipere et retinere
omnia et singula pignora sibi danda et assignanda
per aliquem de baiulis dicti Comunis mandato alicuius
officialis comunis uel presentis curia pignora per
eum recepta manutenere et gubernare suo tempore conuenienti
et fortuna. Que pignora non recipiat nisi prius ha=
bita bulecta seu apodixa scripta manu officialis
qui sibi pignora dari fecerit in qua cedula sit scriptum
ipsum pignus seu qualitas ipsius pignoris, et nomen illius
cui est acceptum et ex qua causa, et quantitas pecunie quam
ille cui est acceptum soluere tenetur quam apodixam
dictus Cam.s teneatur et debeat registrare seu scribere
in quodam quaterno de uerbo ad uerbum prout in ipsa conti-
netur; et tale pignus ipse Cam.s non restituat alicui absque
licentia

licentia et mandato illius officialis qui sibi dari fuerit
quae licentia attendatur pessimtem apud dictum manu
dicti officialis, quae contineat pignoris restitutionem pena
C.C. sol. ipsi Can.rio uice qualibet qua contrafuerit
et si contigerit aliquid de dictis pignoribus perdi apud
ipsum Camerarium teneatur ipse de suo proprio emendare
illi cuius fuerit pignus secundum declarationem illius
officialis uel alterius qui ipsum pignus uiderit. et quod
hoc cum suo labore non proueniat, et quod materia habeat
bene custodire dicti pignora d.s Can.s possit et ualeat
de quolibet pignore ad eius manus perueniente quod redderetur
uel uenderetur pro Comuni recipere pro suo labore sex den.
uel uenderetur pro Comuni recipere pro suo labore sex den.
cortonenses ultra salarium seu mercedem de bicca barilis pro
suo labore et in fine sui offitij teneatur, et debeat d.s
Camerarius omnia et singula pignora, quae essent penes
eum reassignare Camerario futuro suo in officio suc-
cessori absque aliqua solutione. Item uolumus et declaramus
quod idem Camerarius teneatur et debeat singulis duobus
mensibus dare et soluere dno Capitaneo et defensori terrae

partē sui salarij et ultimā pagam seu tertiā partem
com(munis) et cuiuslibet ipsorum salarij non det neque soluat nisi
primo facta absolucione per sindicatorem Comunis qui
ipsos sindicauerit. Et datis et assignatis per Capitaneum
Confaloneriis et omnibus armis; que relinquere tenetur
Comuni pena XXV. lib. Cam. Addicientes huic statuto
quod teneatur deinceps seu Canc(ellarius) comunis dare scribere
seu registrare bullectas creditorum Comunis, seu expensarum
factarum per ipsum Cam(erariu)m ipsas bullectas seu bullectā cassare
et in fine ipsarū bullectarū seu bullecte propria manu
scribere et dicere cassa, quia posita est in libro expensarum
Camerarij et hec cum ipsa bullecta seu denarij fuerint
per Camerarium integraliter soluti et satisfacti. Si non
fuerint denarij in bullecta scripti integraliter soluti
sed pro parte tunc Canc(ellarius) faciat mentionē in fine bullecte
de denarijs quos Camerarius soluerat illi cui debentur
et si exigent ipsā bullectam renouari pro tota quantitate
in ipsa descripta vel pro parte semper in noua bullecta faciat
mentionē de antiqua et de parte soluta de antiqua bullecta

De electione et offitij

primus

De electione offitio, et aucte notarij banche et cultorum seu Massariorum terre Cerreti 13

Item cum expediens, et necessarium sit officium notarij banche ad ciuiles causas deputatorum et massariorum seu cultorum communis pro exigendo datiuas in communi imponendas statuimus et ordinamus quod ad ipsorum electionem procedatur hoc ordine videlicet quod in principio offitij cuiuslibet Capitanei noui fiat consilium infra decem dies post introytum sui offitij et ad breuia eligantur duo notarij qui debeant esse notarij banche ad ciuilia deputati et quattuor cultores qui exigere teneantur et debeant omnes et singulas collectas impositas tempore dicti Capitanei et fiant in dicto consilio per cancellarium sex breuia quorum in duobus sit scriptum elector notarij banche et ista breuia mictantur inter omnes consiliarios et cuicumque obuenerit aliquod de dictis breuibus eligat unum notarium ante quod recedat de palatio et sic alius alia vero quattuor breuia mictantur postea diuisim et separatim inter homines duarum quaytarum secundum ordinem infrascriptum videlicet quod in

uno brevi scribatur elector ultor quartae Miani et Bertrami
et in secundo brevi omnes astantes seu Consiliarii de dictis
duabus quartis mittant ut brevia descripta comparant
brevi scripto quod sunt homines dictarum quartarum et tunc fiat
talis electio per illum qui obvenerit brevis scriptum ante
quam de palatio recedat deinde fiat alia electio de alio
ultore simili modo et scribatur in brevi elector ultoris
Busiradi et Peggini deinde fiat tertia et scribatur
in alio brevi elector ultoris Broche et Corigni in
quarto vero brevi sit scriptus elector ultoris Burgi
et Placthee qui electores statim ante quam exeant
palatium eligant ultores predictos qui ultores teneantur
exigere omnes et singulos datias imponendas tempore dicti
Cap. 33 quilibet pro duas quartas prout supra scriptum
Et hoc addito quod nullus possit eligi ad aliquod dictorum
officiorum qui dictum officium habuerit infra annum proximum
elapsum qui electores ultorum hic recte intelligantur
f. de melioribus dictorum ultorum. Q. quilibet pro illo ultore
quem elegerit ad hoc ut ipsi habeant materiam eligendi

bonum virum

bonum virum et quilibet eligens teneatur pro electo
in omnibus eorum teneantur ad obseruandum et adimplendum
duodecim stipulatorum per Cancellarium et ipsi Cultores
tamen salarium habere debeant de dictis duabus
quartis quantum soliti sunt habere de una libra tres-
nitatos pro qualibet darica imponentes quod daricas
exigere teneantur et debeant bona fide eo ordine et
modo quo in statuto de ~~ex~~ exactione daricarum fit
mentio. Notarii autem banche officium duret per
singulos sex menses ut supra dictum est. qui notarii ad ci-
uilia deputati debeant et teneantur omnia et singula
acta ciuilia que ad bancum iuris fient et agitabuntur
cuiuscumque coram capitaneo et eius vicario de quibus rogati
fuerint et ad eorum officium spectantia scribere et registrare
in eorum quaternis legaliter et bona fide et de hijs solutionem
recipere secundum ordinem et modum infrascriptum. Teneantur
notarij et debeant ipsi notarij omnia et singula acta
ciuilia scribere in quaternis ut supra dictum est et
in cedulis videlicet citationes et relationes baiulorum qui
aliquid citauerit ad petitionem alicuius persone, de Certo

vel eius delictus [illegible] comparitionum actorum et reorum
et eorum contumacias petitiones et responsiones in scriptis vel verbo
dilationes iuramentorum et relationes ipsarum libellos registrare
et ipsorum exhibitiones et exceptiones et ipsorum productiones re
plicationes duplicationes triplicationes et quadruplicationes
litium contestationes et iuramenta calumnie terminos et dila
tiones articulos et positiones et ipsorum exhibitiones responsiones
partium testium et iuramenta et dicta protestationes contra testes
et iuramenta ipsorum et instrumentorum productiones et aliorum
quorumcumque productorum de quibus mentionem faciant de
[illegible] et notarijs qui de eis fuerint rogati ita et taliter
quod mutari non possint nisi per partes fuerint [illegible] registra
[illegible] quod tamen registrum teneatur ad petitionem personis
competenti solutione recepta conclusiones [illegible] iuramenta
data inde super probationis sententias tam interlocutorias quam
diffinitivas [illegible] facta in confessum et citatas datas
et ipsarum relationes et termini dati absentibus et omnia alia
acta facta et facienda in qualibet causa civili vel mixta
de quibus ipsi notarij fuerint rogati ita et taliter quod pareret
eorum scriptura in aliquo ledi non possint tam in actis factis

in contradictorijs

in contradictorijs Iudicijs quam in confessatis vel contumacijs et ad hoc ut inter ipsos notarios controversiae et altercationes vel alias quascunque personas quae mandauerint scribere litem vel questio non oriatur. Statuimus et ordinamus quod solutiones scripturarum fiant isto modo videlicet

In primis pro simplici citatione et relatione sex denarios

Item pro comparitione cuiuscunque partis actoris et rei cum accusatione contumaciae sex

Item pro termino dato ad producendum mandatum cum productione mandatorum apud acta producendum et termino dato ad accipiendam copiam mandati duodecim denarios

Item pro mandati productione in publica forma cum termino dato ad accipiendam copiam mandati duodecim dena:

Item pro legitimatione mandatorum vel personarum a qualibet parte duodecim den:

Item pro productione libelli et registratione et termino dato ad respondendum quatuor solidos

Item pro productione exceptionum seu replicationis duplicationis vel triplicationis et ipsorum admissione in contradictione partis sex den:

Item pro registratione cuiuslibet exceptionum seu replicationis dupli-
cationis vel triplicationis usque ad tres duos sol. et sex den:

Item pro qualibet ultra terram tres den:

Et similiter solutionem recipiant de productione et registratione
articulorum capitulorum seu positionum

Item pro contestatione litis iuramento calumnie, et termino dato ad
probandum à qualibet parte sol. duos, et sex den:

Item pro productione testium ipsorum iuramento cum protestatione partis et
contradictione si fuerit unus vel duo testes duodecim den:

Item à duobus testibus supra pro quolibet teste duos denarios

Item pro responsione que fieret positionibus pro qualibet positione
duos denarios

Item pro examinatione testium pro qualibet carta que scripsit duos
sol. et sex denarios dummodo carta sit xl. versuum seu linearum
et linea seu versus sit duodecim dictionum

Item pro productione cuiuslibet publici instrumenti et precepti in
publicam formam cum contradictione partis et admissione duos
sol. et den: sex

Item si precepti producantur apud acta duodecim denarios

Item pro publicatione,

Item pro publicatione testium cum termino dato ad opponendum a qualibet parte den.

Item pro precepto facto in confessum duodecim denarios

Item pro qualibet pronunciatione facta in contumacia seu conditione facta bruilo de accipiendo pignus vel tenuta quamvis decreto sol. duos et denarios sex dummodo excedat summam sol. centum ab inde infra duodecim denarios

Item pro qualibet sententia diffinitiva seu adiudicatione et secundo decreto si quantitas fuerit usque ad decem lib. duos sol. et sex denarios abinde supra usque ad lib. XX. flor. quinque sol. ab inde supra quecumque fuerit quantitas decem sol.

Item pro copiis que dare habet parti petenti sive publice, sive non solvatur nisi ad modum folij sive carte prout supra dictum est de testibus et non ultra

Et si notarius ultra quantitatem predictas perceperit vel acceperit puniatur vice qualibet in XX sol. et plus arbitrio dicti vicarij

Et si acciderit aliquam scripturam fieri per notarium de qua non fuit facta mentio supra assimilitet predictis vel aliis predictorum. Et si non reperiretur similis, seu esset diversa

inter notarium et partes cum fiat solutio per partes ipsi not(ario)
stetur declarationi Judicis seu vicarij.

De electione et offitio Castellanorum Castrorum terre Cerreti R. 14

Cum expediens sit et necessarium pro quiete dicte Comunitatis quod Ca-
stra eius territorij custodiantur ne exinde deterius sinistrum
aliquod oriatur. Statuimus, et ordinamus quod in quolibet
Castro districtus seu territorij dicte terre sit, et esse debeat
unus Castellanus de dicta terra Cerreti vel eius districtus
homo discretus, et sapiens bone conditionis et fame, qui eli-
gatur et eligi debeat per dominos Capitaneum Confalonerium et
Priores, et offitium dictorum Castellanorum et cuiuslibet ipsorum duret
per sex menses et plus et minus arbitrio ipsorum dominorum qui
Castellani iurent in manibus predicti d. Cap. et quilibet
ipsorum promittant Castra seu Castrum eis vel alicui ipsorum
commissum bene legaliter et fideliter custodire et gubernare
pro dicta Comunitate Cerreti toto tempore sibi commisso et durante
suo offitio sub pena quinquaginta librarum. Et de predictis

prestare

prestare teneatur et debeat quilibet Castellanus duos idoneos et sufficientes fideiussores ad minus qui obligent se principaliter pro predictis. qui fideiussores teneantur et principaliter obligati sint ad omnia, et singula promissa seu promittenda vel que promittentur per dictum Castellanum pro quo se obligaverint in solidum. qui Castellanus qui Castellanus seu Castellani in castro seu castris ubi eis commissis habeant iurisdictionem cognoscendi maleficia, et puniendi pro custodiis ab hominibus non faciendis et etiam terminandi usque in quantitatem XX. sol. et sic fine eorum officio sindicari debeant ut alij officiales infra terminum dierum decem.

De electione officio et salario baiulorum comis Ferreti 15

Quia officium maiorum officialium exerceri non potest sine officio minorum maxime baiulorum qui multum necessarij sunt. Idcirco statuimus et ordinamus, quod in terra Ferreti, esse debeant ad minus duo baiuli, et ad plus quatuor vel quinque. qui eligantur in Consilio ad brevia ut eligantur seu eligi debent notarij bancher seu

ciuilium; Et si forte per confalonerium et Priores aliqui
repertenentur, qui ipsum officium voluntarie exercerent
quo casu ipsi baiuli, et ipsorum electio valeat, et teneat
absque aliquo consilio. Et non possit quis inuitus cogi ad
exercendum dictum officium si est in extima vel in catasto
CC. lib. vel ab inde supra exemptis vel alibratus A
CC. usque libris infra sit in exempta semper qualitas, vel
conditio persone. Et si quis in consilio eligeret aliquem in
baiulum qui haberet excusationem legitimam vel esset absens
a terra Terre vel eius districtu tunc cogatur talis eligens
iterum ad alium eligendum. Volumus tamen quod nomen
talis eligentis teneatur in secreto per Cancellarium exceptis
Capitaneo, Confalonerio, et Prioribus. Qui baiuli
teneantur et debeant omnes et singulos ambasciadas seu
citationes tam in ciuilibus quam in criminalibus eis vel alteri
ipsorum commissas vel committendas per aliquem ex officialibus
dicti officio vel ad petitionem alicuius bene diligenter et
fideliter facere absque fraude. Et teneantur dicti baiuli
omnes et singulos ambasciadas eis commissas vel committendas
per aliquem

per aliquem et officialibus dominijs vel forensibus pro exer-
citio offitij alicuius ipsorum maxime in criminalibus
gratis facere et de ipsa ambasiata, seu citatione relatio-
nem facere a die vel sequenti ut convenit pena [illegible] sol.
citationes autem quas fecerint ad petitionem alicuius persone
in civilibus causis vel mixtis recipere teneantur mercedem
seu premium, seu salarium secundum modum infrascriptum vz
si citet aliquem in terra Cenete intra muros pro quolibet
citato sex den. si vero extra in burgo duodecim den.
si vero accedant ad castrum [illegible] vel ad [illegible]
decem et octo denarios si vero ad castrum [illegible] vel ad
castrum [illegible] vel ad castrum [illegible] duos sol. et sex den.
si vero ad castrum [illegible] vel [illegible] quinque
sol. [illegible] si vero ad villam aque palumbi vel ad villam [illegible]
vel ad villam [illegible] sol. duos et sex den. si vero ad villam
[illegible] et [illegible] sol. duos et den. sex si vero [illegible]
[illegible] vel ad villam [illegible] decem et octo denarios et [illegible]
[illegible] citato pro [illegible] ultra primum sex den. [illegible]
vel mercedem [illegible] bauli pro detentis [illegible] et

exequutiones quas fecerint ad petitionem alicuius eo eo de quibuscumque Citationibus per eos fiendis et salarium dictorum banitorum sit et esse debeat duorum florenorum pro qualibet et qualibet vice per Camerarium persolvendorum.

De electione offitio et salario Tubatorum 16

Tubatores

Cum expediens et necessarium est officium Tubatorum seu Preconum tam pro honore Terre quam pro actibus qui expediunt pro[illegible] palari seu publicari. Et ideo Statuimus et ordinamus quod in terra Ceneti sint et esse debeant duo Tubatores vel unus ad minus, qui eligantur per Confalonerium et Priores secundum quod extiterit deliberatum in Consilio qui Tubatores teneantur et debeant omnia et singula bannimenta facere in terra Ceneti Burgo Castro Visontii et Platea Pontis expedientia et necessaria in Comuni ad petitionem et de mandato Magnifici Capitanei Confalonerii et Priorum vel alterius ipsorum sine aliqua solutione vel mercede et ipsa bannimenta referre et exequutionem et de qua fecerint officialibus qui ipsa commiserint pena [illegible] sol.

et teneantur

et teneantur et predicti Jubatores ad petitionem cuiuscumque

persone quandocumque expedierit in ciuilibus causis uel

aliter de mandato tamen alicuius officialis bannire

et exbannire prout eis iniunctum fuerit et recipiat seu

recipere possit duplum eius quod recipiunt baiuli pro

sua citatione secundum distantiam locorum. qui Jubatores

citare possint et ualeant tam citationes ut citat baj.

Et pro citationibus solutionem recipiant et mercedem ut

baiuli ante dicti. Teneantur et predicti Jubatores omnia

et singula bannimenta eis generaliter commissa per ali-

quem de officialibus ipsa facere et bannire in locis

inscriptis 33. primo in platea seu fore in scalis palatij

ex ante domum filiorum Cole Cole, ex ante Caleriam

sancti Nicolai et ante Caleriam s.ti Blasij ex ante

domum filiorum Cole comiti et in burgo, in portu et

platea Sancti[?] ciuilibus autem causis ubicumque pars ad

cuius petitionem fit uoluerit et habeant et habere debeant

dicti Jubatores si fuerint de origine uel de ciuitate seu de terra

Cerreti duos florenos quolibet mense; si vero forenses non essent
esse debeant, et intelligantur sindici co(mun)is aliquo alio
statuto non obstante

De electione et salario ambasciator(um) co(mun)is Cerreti 17

Item statuimus et ordinamus quod quotiens expedierit aliquem
Ambasciatorem mitti ad aliquem locum in servitium co(mun)is qua-
cumque de causa quod d(ic)ti Cons(ule)s Cap(itane)i Consi(liarii) et Priores
qui pro tempore fuerint eligantur unus vel duo ex bonis
hominibus de Cerreto vel plures si videbitur fore expe-
diens in Ambasciatores dicti Comunis qui sic electi
teneantur et debeant ire ad locum eis iniunctum infra
terminum statutum pena xxv lib(rarum) vice qualibet quas
eis fuerit renunciatum que pene ab eis de facto exigantur
et nihilominus ire teneantur qui ambasciatores habere debeant
a Comuni pro eorum labore salario et mercede si fuerint
equester octo anconitanos de argento pro se et equo. Si vero
pedester quatuor anconitanos pro quolibet Ambasciatore et si conti-
gerit secum aliquem famulum ducere habere debeat pro eius famulo
tres anconitanos dummodo famulus ducatur de voluntate Cons(ulum) et
Priorum

Priorum et teneantur dicti Ambasciatores statim cum reversi fuerint
ad terram Ceneti de loco quo missi sunt vel dum veniunt ire
ad palatium dictis missis primo armis visua domo et Ambasciatam
referre coram dominis Cons.º Conf.º et Prioribus antequam aliquid
de dicta Ambasciata dicant alicui homini de Ceneto pena 25 lib.

De electione offitio et salario not. catastorum — 26

Item statuimus et ordinamus quod ad hoc ut catasta comunis bene
conserventur et manuteneantur, et in eis nulla fraus vel dolus
committi possit quod in consilio populi, et anno quolibet eligatur
ad scarpinas vel bevia unus notarius de Ceneto eo modo
et ordine quo eliguntur notarij ad Curia qui electus sit
et nominetur not.s Catastorum cuius officium duret per sex menses
qui not.s teneatur conservare catasta comunis que Catasta
poni debeant, et esse semper in palatio DD. Conf.ij et Priorum
in archivio et studio clauso et conservato duabus clavibus
quarum clavium una sit penes Confalonerium alia penes not.um
predictum qui not.s teneatur et debeat ponere et levare de termini
gulas petias terrarum que venderentur vel emerentur vel alio
quocumque titulo alienarentur inter homines de Ceneto vel eius
districtus vel alias quascumque res extimatas ad pertinentia utriusque

partis seu voluntatis et recipere teneatur pro suo labore et suo sala-
rio a qualibet parte pro qualibet pena dene unum [illegible] de quorum
cuius medietas sit ipsius notarii et alia medietas comunis Cerreti
et semper et quandocumque alia pena dene seu aliquas res
leuatur uel ponitur de castro fiat in presentia consilii uel unius ex
prioribus pena [illegible] ipsi notario vice qualibet qua contrafecerit
et parte tangente comunitatem det et attingnet Camerarius comunis predicto
comuni recipient et ipsa pecunia conuertatur in salario consilii et priorum

De electione et offitio Gualdariorum — 15

Item statuimus et ordinamus ad hoc ut homines precaveant ne damna infe-
rant in rebus et possessionibus alicuius quod in primo vel in
secundo consilio fiendo tempore regiminis alicuius Capitanei
terre Cerreti eligantur ad breuia gualderii qui referant
omnia et singula damna data coram notario damnorum dicti comunis
que committerentur intra Cerreti uel eius districtum in rebus
et bonis ipsius comunis uel singularium personarum eiusdem a
quibuscumque personis comunis uel presentibus personaliter
uel cum bestiis. Electio quorum Gualdariorum fiat ad breuia
prout supra dictum est de electione baiuli. qui Gualderii
esse debeant

credebeant seu eligantur quatuor in dicta Comunitate
eligantur in burgo, et in quolibet Castro dominij dicte
terre eligantur duo et in qualibet villa unus que
autem sunt Castra et ville infra in sequenti Capitulo
denotantur. Statuentes autem quod quodlibet dampnum
datum teneantur ipsi Custodes vel ille ad quem spectat
bit infra octo dies postquam fuerit commissum vel ad eius
notitiam pervenerit denuntiare, vel rapportare coram dicto
officiali pena XX sol. vice qualibet, et ei fuerit pro
testatum vel dictum quod aliquis dampnum referret teneatur
infra dictum terminum et sub dicta pena in nota potestatem
vis referre et alia dampna data que ad eius notitiam
pervenerint si pena ipsius dampni excesserit XX sol.
apponat semper testes, si sunt et si non sunt testes credatur
ipsi Custodi suo dicenti vidisse suo iuramento usque
in quantitate X sol. in uno teste usque in XX sol. et eorum
nota semper sint secreta

De electione et offitio sindicorum ad referen(dum) malefitia — 20

Item ad hoc ut malefitia non remaneant impunita et ipsa committentes

debita pena puniantur. quia reipublice interest male-
ficia debere puniri. Statuimus et ordinamus quod in
Ciuitate burgo castris et villis quibuscumque territorij et
districtus Verone eligantur iudices ad referendum
maleficia ut supra dictum est de Canevarijs eo modo prima
ordine in qualibet villa et castro quolibet unus vel
duo communiter eligantur. Qui iudices et quilibet eorum teneantur
et debeant omnia et singula maleficia commissa vel committenda
[illegible] referre et manifestare coram d. Cap.o vel eius Vicario
seu notario maleficiorum infra tres dies a die commissi male
ficij vel ei fuerit notificatum seu protestatum sub pena XX
sol. den. pro qualibet vice qua per ipsos vel aliquem eorum
fuerit contrafactum et ipsa maleficia in scriptis referat
cum nomine protestantis si extiterit cum qualitate maleficij
vel delicti cum nomine delinquentis et iniuriam sustinentis cum
loco tempore et testibus. que omnia sint expressis maleficia
committentis vel protestantis et si aliquis protestaretur alicui
iudici quod referret aliquod maleficium quod non possit probari

tunc

tunc talis protestans condemnetur in C. lib. et in ea pena
sic legitimis probari lese dummodo ipse protestans citetur
tempore quo citantur testes si vellet producere aliquos testes
dare ultra C. lib. possit condemnari per dominum capitaneum vel eius
vic.rium usque in CC.tas lib. inspecta qualitate delicti

Nomina vero Castrorum et Villarum sunt haec videlicet

Item Primis tamen in terra Ceneti eligantur duo sindici

Item in burgo eligantur unus sindicus

Item In castro Dispontij eligantur unus sindicus

Item In castro Plavee Portus unus sindicus

Item In castro Rouhecte ordi unus sindicus

Item In castro Hortutij unus sindicus

Item In castro Corigni unus sindicus

Item In castro Rouhecte in villam unus sindicus

Item In castro Belfortis unus sindicus

Item In villa Ariani marinphe et ville nove unus sindicus

Item In villa maanche et ville grosse unus sindicus

Item in villa Porchiani et papagne unus sindicus

Item in villa collis toste, Roiti et la rectj [illegible] unus sindicus

Item in villa buscerani collami et collis unus sindicus

Item in villa Iuomi unus sindicus

Item in villa perticane unus sindicus

Item in villa [illegible] unus sindicus

Item in villa caspiani unus sindicus

Item in villa masse unus sindicus

Item in villa peggini [illegible] collis et fecins unus sindicus

Item in villa [illegible] unus sindicus

Item in villa [illegible] unus sindicus

Item in villa [illegible] unus sindicus

Item in villa aqua [illegible] unus sindicus

Item in villa sancti quirici s.ti Gregorij et vallis [illegible] unus sindicus

De electione offitio et salario sindici ad sindicandum official. forenses 22

Quia de iure est unus quisque rationem sue villicationis reddat quia

compbantur et laudantur boni mali autem plecuntur et condemnantur

Ideirco statuimus et ordinamus quod tenerentur circa finem

offitij Cap.ni per tres uel quinque dies ante fiat consilium populi

et cumulis

et auctis. In quo consilio eligantur ad scrutinas seu brevia centum
sindicus seu sindicatores ad sindicandum ipsum Capitaneum cumque officiales
et familiares qui sindicus sit forensis et de terra distanti
a terra certeri per decem miliaria ad minus, hoc modo videlicet
de terra unde est Capitaneus vel Vicarius. Qui sindicus
sic electus post finitum officium dicti Capitanei formare
debeat contra ipsum generalem inquisitionem et contra officiales et
familiares eius de omnibus et singulis malegestis per eos vel
aliquem ipsorum commissis et refectis cum inquisitionem faciat re-
spondere per ipsos inquisitos certo termino facta per
baiulum eis quod debeant respondere, resistentes vel renuente-
ne seu contumaces extiterint condemnentur per ipsum sindi-
cum secundum formam statutorum. Si autem responderi-
rint et confessi fuerint ipsi vel aliquis ipsorum in totum
vel in parte aliquid de contentis in ipsa inquisitione similiter
de confessatis condemnentur. Si autem negaverint in totum
vel in parte tunc examinentur per sindicum predictum
ac vel dicti testes boni et fide digni, termino prius dato
ipsi d. Capitaneo cumque officialibus et familiaribus ad eorum
defensionem faciendam contra inquisitionem predictam

38v

liber

receptis ab eis idoneis fideiussoribus ut iuris et moris est faciatque dictus
sindicus tria banimenta tribus diversis diebus per baiulum
vel preconem qui alta voce banniat vel proclamet per loca
publica et consueta quod volentes aliquam petitionem dare vel secundum
seu debentes aliquid recipere ab ipso Capitaneo vel eius officialibus
vel familiaribus compareant coram ipso sindico infra terminum
perentorium statuendum. Quibus hec per actis publicetur processus tertia
die sui sindicatus et nihil fuerit probatum vel aliqua petitio
non fuerit data sequenti die possit absolvi, et ipsi recedere
quod si aliquid probatum fuerit vel aliqua petitio data ipsi dicto Capitaneo
vel alicui ex eius officialibus vel familiaribus tunc infra duas
sequentes dies post tres terminetur et decidatur ita taliter quod
quinta die sui sindicatus ipse dictus Capitaneus omnes officiales et
familiares absolvantur vel condemnentur. Statuimus tamen quod
post tres dies nulla petitio recipiatur super inquisitione generali
plures testes examinentur quam duo testes unius pro recepto
testes super petitionibus datis et super defensionibus [illegible] per of-
ficiales contra testes, et petitione et [illegible] processu teneatur et
debeat dictus sindicus omnes et singulas libras et tras tempore
dicti Capitanei et processus revidere et sententias per eum latas et
processus non fuerint expediti infra terminum ipsum condemnet

secundum formam

secundum formam statutorum, et si reperiretur aliquis condemnatus
ultra vel preter formam statutorum et in maiori quantitate
condemnetur ipse Capitaneus vel vicarius vel alius officialis
qui condemnaverit in duplo damnum passo si vero in minus
condemnetur in quadruplo com. Et si inveniatur predictum
sindicum baractariam simoniam extorsionem violentiam rapinam
vel furtum condemnetur talis delinquens com. in decuplo et dam
num passo in duplo nisi talis fuerit quo casu ex ipse talis possit
pertinentibus predictorum in dicta summa com. in duplo condemnari.
Possit et valeat dictus sindicus cognoscere, et terminare de
quibuscumque iniurijs illatis vel factis per dictum Capitaneum
vel aliquem ex suis officialibus contra aliquem de Comune
vel eius districtu. Qui dictus sindicus habeat in predictis, et
circa predicta merum et mixtum imperium, et gladij potestatem
et iurisdictionem, et possit, et valeat summarie procedere sine
strepitu, et figura iudicij diebus feriatis et in honorem dei
et non feriatis, et sit iudex competens et esse intelligatur auctoritate
presentis statuti. Et sententia per eum lata valeat et teneat
et de hijs de quibus statutum non loquitur possit et valeat
suo arbitrio condemnare procedere et absolvere. Qui sindicus

habeat et habere debeat pro salario suo et omnis laboris sui
dicendi pro omnibus sindicatus predictis pro dictis quinque
diebus quinque ducatos auri sibi per Cam. Cois dandos
et solvendos. Et venire, stare, et redire debeat suis expensis
suoque periculo, resico, et fortuna. Et ad idem dicimus de
sindicatu defensoris seu Cancellarii dummodo sindicus
ipsius possit esse de regione vel forensis prout videbitur
consilio. Qui defensor, et Cancellarius stare debeat ad
sindicatum per tres dies et non ultra infra quos debeat absolui
vel condemnari. qui sindicus proxe, et notario habere debeat
pro suo salario unum florenum tantum, et non plus, et in omnibus
et per omnia possit procedere et condemnare et auctoritatem habeat
et Jurisdictionem ut dictum est de sindico Capitanei

De electione offitio et salario sindici seu proris cois ad defenden et reinuenien Jura cois — 22

Item statuimus et ordinamus quod in consilio populi et aure eligendus
unus sindicus seu procurator qui Jura Comunis debeat defendere
et reinuenire custodire et saluare prout ipsi Consilio videbitur
et placebit, qui sindicus debeat sepe sepius ire ad Confalonarium
et priores, et ab eis exquirere, et investigare de his que ad eius offitium
spectant

spectant et pertinent, et eius mandatis obedire, et obtemperare et una secum ire, et visitare officiales, et Castra, et omnia et singula facere que crediderint fore utilia, et necessaria Com. predicto contra quascunq personas remotis odio precio precibus, et timore, et omni humana gratia Cuius iudici officium duret per annum et habere debeat pro suo salario duos florenos et non ultra

De modo retinendi claues portarum — R. 23

Item statuimus et ordinamus, quod si videretur Con.io et Prioribus et consilio populi et aliis dicte terre quod claues portarum retineantur per homines de terra Cereti seruetur modus infrascriptus v3. quod claues portarum predictarum dentur hominibus terre Cereti districtis sapientibus amatoribus pacis, et boni status huius terre, et pro qualibet porta debeant esse duo clauerij et due claues in duobus terraminibus diuersis et contrarijs qui clauerij eligantur in consilio suo ut videbitur ipsi Consilio qui iurent et promittant ipsas claues retinere et gubernare bona fide et aperire

et claudere temporibus congruis et ora et singula facere que videntur
dd. Cons. et Prioribus eodem predicto tempore possent prefati cla
vari bonos et idoneos f[..] que ora scribantur per Canc.
Comunis in libro reformationum.

De custodia terre Cerreti, et eius Castro[rum] — R. 24

R. Statuimus et ordinamus quod terra Cerreti bene et sollicite et
cum diligentia custodiatur, et guardetur die noctuque per
homines dicte terre, et suos districtuales et habitatores tam
in castris quam in villis dicte terre iuxta dictam terram secundum
quod ipsis hominibus iniunctum et mandatum fuerit per defenso
res et Canc. dicte terre vel per eius Nuntium sive baiu
lum et qui non venerit ad custodiam qualibet vice et
qualibet die seu nocte qua non venerit in quinque sol. den.
condemnetur vel puniatur, et nihilominus custodiam refficere teneatur
et qui custodiam acceperit et non iverit puniatur in duplo
et teneatur Cancellarius sub pena C lib. de suo salario
auferendum tempore sindicatus dictam custodiam augere vel
minuere secundum mandatum confaloniarij et Priorum vel prout
deliberatum fuerit in consilio. R. teneantur homines cuiuslibet
castri ipsa castra custodire et guardare et eorum castellanis
obedire

obedire circa custodiam et alia necessaria in contrahentia in ipsis

Castris, et tamen venire ad dictam Cerreti ad custodiam

prout, eis iniunctum fuerit, et prout faciunt alii Comitatini

et districtuales dicte terre subiectis predictis in quolibet

casu predicto.

De non subiacentibus iurisditioni cois Cerreti — 125.

Item statuimus et ordinamus quod nullus et non

iurisditioni Comunis Cerreti et qui substinent oes collectas et

faciat oia obsequia realia et personalia in dicta terra

et alii comunales, et destrictuales terre predicte ut tenentur

et alii valeat vel possit habere vel eligi ad aliquod offitium

in Comuni

Quod nullus officialis forensis possit recipere aliquid de aliqua scriptura — 126

Item statuimus et ordinamus quod nullus officialis forensis

possit vel valeat petere vel recipere aliquod salarium

in Comuni de aliqua scriptura publica vel privata

quam faciat et scriberet in servitium Comunis, que ad eius

officium expectaret vel pertineret, seu alicuius alterius officialis

forentis pena centum solidorum pro quolibet ultra id quod acceperit quod restituere teneatur.

De arbitrio non concedendo Cap.o uel alijs officialibus forensibus

1 27

Cum arbitria quinque concessa quibusdam officialibus qui ipsa ceperunt potius obsequia quam bene agendi, et quod non plurimum sequutum est detrimentum quam augumentum ut ipse continent limitem rationis. Volentes auferendum omnem materiam male agendi. Statuimus, et ordinamus quod Capitaneo terre Ceteri qui nunc est uel qui pro tempore fuerit nec alicui alij officiali dicte terre de cetero per ipsum Com. Consilium uel arenghum arbitrium aliquod concedatur ultra uel preter formam statutorum comunis dicte terre in aliquo casu, et si concessum fuerit non ualeat ipso iure et Cons. et Priores proponentes, et consulentes qui consulent, et canc. qui scribat ipso facto incurrant in penam XXV. lib. pro quolibet, et nihil. tale arbitrium sit ipso iure nullum et ipso uti non possit, et si Capitaneus uel alter officialis uteretur aliquo arbitrio preterquam in casibus sibi concessis. ipso iure non ualeat quod factum est uigore dicti arbitrij et nihil.

et mihili vice qualibet quod arbitrio uocentur in contradit. lib.
den. condemnetur

De electione ronatorum ad ronan, officiales Terrigines — 1 28

Item statuimus et ordinamus quod quibuslibet duabus mensibus in
principio cuiuslibet officij quorumlibet confaloneriorum et
priorum fiat consilium populi et aueris et ibidem proponatur
de modo tenendo super sindicatione confaloneriorum et priorum
petentium et eorum camerarij et ipsius ratione reddenda
et eorum aliorum officialium comunis si qui fuerint et
quod in dicto consilio extiterit deliberatum et reformatum
in predictorum executioni mandentur per capitaneum conservatorem
et priores et eorum cancellarium dicte terre pena X lib.
pro quolibet et qualibet vice

Quod reformationes comunis fiant ad bussulas et pallottas et de numero consiliariorum — 1 29.

Item statuimus et ordinamus quod quotiens in terra Ceneti acci-
derit quod fieret generale arengum seu parlamentum in
quo arengo vel parlamento adesse debeant ad minus
duecenti homines vel plures cum ipso tractaretur de aliquo
statuto faciendo vel de aliquo statuto mutando augendo

corrigendum minuendum vel suspendendum vel aliquam reformationem
iam factam tollendam vel aliquem rebandiendum vel hijs simi-
lia que gravia essent, et magna tunc semper adsit nume-
rus supradictus, et mittatur partitum per dictum Capitaneum vel
eius vicarium ad per bussulas et palluctas, et quod obtentum
fuerit per duas partes valeat et teneat ante presentis
statuti et contingent dictum unicas consiliaris perdi vel non
obtineri mittatur dictum secundi vel tertij prout videbitur
Capitaneo confalonario et prioribus dumodo super eodem facto
in uno quoque consilio vel arengho non mittatur partitum
ultra una vice. Et si partitum de quo agitur non esset de
predictis, sed de minoribus tunc valeat, et teneat quod obtentum
fuerit per maiorem partem assistentium partito ut supra
misso ad bussulas, et palluctas. In minoribus quoque rebus
non tangentibus expensis Comunis possit mitti partitum de
levando ad sedendum

De aptatione et reparatione Palatij Comunis — 1 30

Item statuimus et ordinamus quod confalonarius, et Priores, et Camerarius
teneantur et debeant vinculo Iuramenti et pena [illegible] pro
quolibet revidere, et revideri facere palatium Comunis
cum habitationes

eam habitationis dñi Cap.i quam habitationis ipsorum dominorum
Confalonarij et Priorum et alias quascumque domos vel habita-
tiones seu damnas Comunis etiam reparatione indigent ipsas
vel ipsa reparari facere expensis Comunis ante quam degrauentur et c.

De residentia fienda per Conf.m et Priores in palatio ipsorum. et de prepositis fiendis 1.31

Item statuimus et ordinamus quod dñi Confalonarius et Priores vel
saltim unus ex prioribus ad minus una cum Conf.o tenean-
tur durante eorum officio continuam residentiam facere
in eorum Palatio solite residentie posito in terra Cenete
supra plateam fori invicem et insimul comedentes et
bibentes et conversantes, et tractantes de statu comodo
quiete et pace Comunis predicti. Et Confalonarius non vadat
solus absque uno ex prioribus nec prior deputetur ad stan-
dum cum Confalonario absque uno famulo Capitanei vel bayulo
seu tubatore Comunis pena XX. ~~[illegible]~~ auferenda
de facto per dominum Capitaneum pro quolibet, et qualibet vice

Item statuimus et ordinamus quod ante quam diem quam
fiat consilium vel arengum Confalonarius et Priores
omnes invicem se congregent in domo Cap.i vel alibi et tractent

deliberent inter se ipsos omnes partes qui fuerint propositas
fiendas in consilio vel arengho fiendo, et concorditer deli-
berent, et ordinent que sunt facturi. Et si inter ipsos esset
aliqua discordia de aliqua propositta fienda in consilio
vel arengho tunc dicatur per cancellarium quod Confalonerio
et Prioribus videtur proponendi, et non videtur aliis
nominatis contrariantes et condicentes nominentur et nomina scri-
bantur in libro cancellarie et dum mittatur partitum super
talibus dicatur de partito non autem volumtate. Item sta-
tuimus et ordinamus quod si contingerit aliquem exban-
nitum tenere velle aliquam petitionem dare in consilio vel
arengho de ipso exbannito rebanniendo vel eius condem-
natione cassanda seu parte condemnationis remittenda
tunc ipsa petitio porrigatur coram ipso domino Capitaneo
Confalonerio et Prioribus, et inter ipsos primo deliberetur
utrum dicta petitio sit admittenda vel legenda in consilio
vel arengho necne. Et si eis videretur fore legenda
primo et ante omnia inquirant et sciant si ab initio
habuit pacem violentam, vel volumtariam et si non habuerit pacem
vel pax fuerit violenta tunc nullo modo legatur dummodo
talis

talis iniuriatus sit Cerretanus vel habitator terre Cerreti
vel eius districtus. Et in quo iniuriatus fuerit percussus
vel iniurias pacem voluntariam habuerit tunc a pena
simplici non excedit quinquaginta lib. terre legatur in
Consilio: et in quo cadat tunc mittatur ad arengum
in quo interesse debeant ad minus ducenti homines, et illud
quod consultum fuerit super tali proposita mittatur
ad bussulas et pallottas et in obtentum fuerit per duas
partes valeat et teneat hoc acto quod in ipso Consilio
adesse non possit aliquis consanguineus vel affinis
ipsius exbanniti usque ad tertium gradum inclusive
secundum ius canonicum computandum Et si adesset vel
similiter fieret non valeat ipso iure de quibus omnibus
Cancellarius mentionem faciat in reformatione ipsa

De expensis fiendis per coe Cerreti — 132

Item statuimus et ordinamus quod Confaloniarius et Priores
populi terre Cerreti possint et valeant pro utilitate
Comunis et non aliter vigore presentis Statuti auctoritatem et
potestatem habeant expendendi de bonis Comunis facta
primo deliberatione inter ipsos quolibet mense

decem lib. corton. et non ultra ab inde vero supra expen-
dere non possint sine licentia et voluntate Consilij
populi et auctoritatis

Per quem fiant propositę in consilio vel arengho —— r 33

Item statuimus et ordinamus quod Capitaneus terre Corton. vel
eius vicarius semper et quandocumque consilia fiant et
arengha ipse vel aliter proponat et propositas
faciat de voluntate consensu et presentia dominorum Consilij
et priorum et aliter pena C lib. vice qualibet

De modo faciendi reformationes in consilio —— r 34

Item statuimus et ordinamus quod dominus Cap. terre Corton. vel eius
vicarius dicta et arenghata illius consulentis vel arengantis
mittat ad partitum in consilio vel arengho secundum vo-
luntatem Confalonerij et priorum et aliter pena contra
sol. den. et partitum semel missum in eodem consilio iterum alte-
rius mitti non possit sive fuerit victum sive non

Quod in consilio non possit adesse aliquis de cuius facto tractatur r 35

Item statuimus et ordinamus quod quandocumque contingerit aliquod consilium
vel arenghum fieri nullus homo de cuius facto tractatur

comodo

comodo vel incomodo, tractatur in ipso Consilio vel arengho stare presumat vel nec aliquis eius consanguineus vel affinis usque in secundum gradum inclusive secundum Ius Canonicum ad penam centum solidorum de facto exigendorum et nihilominus de consilio expellatur. Et si contigerit aliquid expedictis stare quod factum fuerit in eius comodum vel favorem non valeat ipso Iure

De cippo seu troccho fiendo in palatio Prio[rum] — 1 36.

Item statuimus et ordinamus quod in palatio residentie dominorum Confalonarij et Priorum ponatur seu fiat unus cippus seu trochus duobus seraminibus clausus cum quodam foramine ita largo, seu amplo, quod inde mitti possint petitiones, quas quis dare voluerit contra officiales forenses dicti Comunis. Et cum sindicus venerit ad sindicandum officiales aperiatur idem trochus per dictum sindicum in presentia Confalonarij et Priorum, et si invenirentur aliquae petitiones tangentes officiales sindicandos. Idem sindicus secum portet et eas examinet et condemnet si venerint condemnande de Iure alie vero petitiones remictantur in ipso Cippo

De ordine seruando q̃n decesserit aliqs ex consiliarijs → 37

Itẽ statuimus, et ordinamus q quandocunq auenerit aliquẽ ex consiliarijs mori teneantur et debeant confalonarius, et Priores loco illius defuncti alium idoneũ eligi facere per hoĩes et consiliarios illius quarterij de qua fuerit ipse defunctus Et talis electio ita demũ ualeat si presentes fuerint ipsi electioni ad minus due partes consiliariorũ illius quarterij et qui electus fuerit per Confalonariũ et Priores in maiori parte dictorũ consiliariorũ tunc pro tunc scribatur per Cancell.rum in numero consiliariorũ et aliter non

De penis imponendis per Confalonariũ et Priores → 38

Itẽ statuimus et ordinamus quod confalonarius et Priores populi Terre dicte seu maior pars ipsorũ, siue confalonarius cum uno ex prioribus plenariã iurisdictionẽ habeant, et potestatẽ imponendi penã quibuscunq uoluerint ponere uel aliũ pro eorũ officio exercendo usq in quantitatẽ Centũ sol. den. cortonen. et penam et banna per ipsos imposita tam Cap.⁸ q Vicarius et alij officiales ad petitionẽ ipsorũ Confalonarij et Priorũ teneantur

teneantur, et debeant à non obedientibus exigere et exeq. red
realem, et personalem facere sumarie sine strepitu et figura Iudicij pena decem librarum

De officialibus forensibus non reaffirmandis 39

Item statuimus et ordinamus quod nullus ex officialibus, vel familiaribus d. Capitanei terre Cerreti, et ipse Cap.s qui nunc est, vel pro tempore erit possit vel valeat reffirmari, nec ad aliquod officium eligi, vel assumi in ipsa terra usque ad duos annos computandum à die finiti sui officij, et si eligeretur vel reffirmaretur ipsa electio vel reffirmatio non valeat ipso Iure: et idem dicimus de defensore seu Cone.o Adicientes quod ad aliquod officium eligi non possit nec esse aliquis qui sit de terra propinquam terre Cerreti per quindecim miliaria quod volumus in electione cuiuscumque fieri mentionem excepto sindico electo ad sindicandum officiales qui possit esse de terra distanti ultra x miliaria

Qualiter fiat remissio in Consilio 40

Item statuimus et ordinamus quod quandocumque per Consilium auctoritas

fieret aliqua remissio in Confalonarium vel Priores, vel alios quoscumque super aliquo facto providendo quod talis remissio sic provisionis non valeat nisi postea approbata fuerit in consilio vel saltem non approbata quod ipse quibus facta est remissio teneantur in proximo sequenti consilio declarare.

De Massariis cois non accomodandis officialibus forensibus — 1 4

Item statuimus et ordinamus quod Confalonarius et Priores teneantur et debeant taliter invertere partes suas quod d. Capitaneo nec alicui eius officiali vel familiari massaritie cois vel singularium personarum gratis comodentur: sed singulares persone que comodarent recipiant competentem mercedem. Volumus autem quod habeat pro lecteriis semel in anno tempore mestum teneatur et mictantur per Camerarium expensis Cois. Additiones huic statuto quod Camerarius Cois teneatur et debeat dare et tradere expensis Comunis ultra quaternos ordinarios, duos quinternos carte bonbacine mense quolibet et ultra et avanentur seu inventa et infilzas pena sextorum XL.

De Armario

primus

De armario fiendo in palatio cois pro conseruando acta et scripturas cois — 3 42

Item statuimus et ordinamus quod confalonarius et Priores populi dicte terre teneantur et debeant in palatio comunis residentie expen-dere de comunis pecunia facere unum armarium clavibus clausum in quo reponantur acta iura instrumenta et catasta et alie scripture comunis pena [illegible] lib.

Quod Conf.s et Priores non proponant in consilio quod officiales forenses se iudicentur infra tempus — 3 43

Item statuimus et ordinamus quod confalonarius et Priores Populi dicte terre in consilio non proponant quod officiales infra tempus eorum officij sindicentur ut non absentes infra tempus eorum officij [illegible] recedant sub pena decem lib. pro quolibet auferend. a de facto tempore sindicatus ipsorum et contra factum fuerit non teneat ipso iure.

Quod Confalonarius et Priores et eorum famulus in officio possint portare arma per terram tempore eorum officij tenere impune

Q. offitiales reassignent libros per octo dies ante finé offitij 45

Item statuimus et ordinamus quod officiales d. Cap.ei teneantur et debeant ante finem sui offitij per octo dies dimittere omnes et singulos libros per eos vel per aliquem ipsorum tempore eorum publ.m reassignare cons.o et ... nominibus ... de ipsis libris inventarium publicum facere et consignare in quo inventario mentionem faciant de quolibet libro quem reassignant, et quot cartarum est et quot sunt scripte et quot non et de quot processibus pendentibus in ipsis libris et post reassignationem factam Cap.s vel eius Vic.s nullam sententiam ferat civilem vel criminalem et eis non currat tempus ordinatum ad expediendum processus post reassignationem predictam. Quod si contingerit post ipsam reassignationem aliquod malefitium committi scribantur in quodam bastardello quod postea reassignetur futuro in offitio officiali vel eius successori

De familia p d. Cap.m conced.a pro debitoribus capiendis 46

Item statuimus et ordinamus quod capitaneus dicte terre teneatur et debeat

primus

debeat ad petitionem creditoris, vel eius procuratoris dare
familiam pro capiendo debitorem suum suspectum vel ex
banditum, vel condemnatum, et ipsum captum detinere
secundum formam Iuris, et ipsa familia habeat et habere
possit pro suo salario pro quolibet capto in terra teneri
unum Anconitanum de argento. Si fuerit extra terram ultra
usque fuerit in detentione duos anconitanos habere debeat
pro quolibet capto. Et teneatur capitaneus talis captos
carcerare sive prestiterint fideiussores de solvendo vel
satisfaciendo suo creditori secundum formam Iuris vel de
non recedendo de Sabato, et si evaserint teneatur Cap.s
predictus vel officialis Capitanei cui fuerit recommendatus
talis captus. Addicientes huic statuto quod claves carcerum
sint et esse debeant penes Cap.um et Carcerat. sti per
ipsum Cap.um custodiantur. Et si quis de teneri vel eius detentione
carceraverit pro aliquo maleficio vel ab extra suo officio nihil ab eo
recipiat pro custodia carceris. Si autem fuerit pro debito pecuniario recipere
possit pro introitu unum bolonenum capto extra unum Anconitanum et ultra
a presente quod recipiat unum ultra pro quolibet die steterit in carceribus

LIB

De citationibus fiendis in ciuilibus causis

Ciuiles causas terminare cupientes, que inter partes ex prolixitate temporum efficiuntur quodque immortales. Deinde ad hoc ut circa ipsarum expeditionem Capitaneus terre Terrei et eius vicarius habilius procedere ualeat, ne circa citationes tempus deficiat

Statuimus et ordinamus quod Baiulus quilibet terre Terrei teneatur et debeat ad petitionem cuiuscumque citare omnes et singulas personas terrigenas uel forenses existentes in terra Terrei uel eius districtu coram curia Communis Terrei et eius officialibus quod compareant responsuri de Iure uel ad alios actus illis ad quorum petitionem fit ipsa citatio, dum tamen pro ea die qua fit ipsa citatio citatus non teneatur

non teneatur comparere nisi ipsa citatio esset facta perso
in terra Cerreti uel bargo ipsius quo ~~casu~~ casu ipse Citatus
Comparere teneatur. Sin autem ipsa citatio esset facta domi
uel personaliter alibi quam in locis predictis tunc fiat
una die prorogatio, et citatio semper fieri personaliter
debeat si inueniatur uel domi solite habitationis si fuerit
terrigena uel districtuales seu habitator terre Cerreti
uel eius districtus. Sin autem Citandus fuerit forensis
uel non habens proprium domicilium uel conductum in ipsa
terra Cerreti uel eius districtu citetur tunc ad hospitium
ubi solitus est hospitari uel in platea Communis in scalas
Palatij publice et alta uoce et huiusmodi citationibus sic
factis, et eorum relationibus per dictos baiulos factis plenaria
fides adhibeatur. Et ualeant et teneant citationes
predicte non obstantibus per Cap.um uel eius Iudicem
contra quod fieret relatio nulla esset facta conditio que
pro facta habeatur tali baiulo referenti autem primis
statui. Sin autem contigerit heredes alicuius defuncti
citari uel bonorum possessores citentur nominatim modo pro

Si vero nomina sciri non possent tunc citentur heredes et
bonorum possessores in appellatione nominis hoc modo quod
Bayulus dicat sic Ego cito vel requiro ad petitionem
talis omnes volentes esse heredes vel pro heredibus quondam
talis respondere vel ipsa bona defendere, seu possidentes
Qui bayulus secum ferat cedulam in scriptis continentem
talem citationem subscriptam manu Capitanei vel Iudicis
et cedula talis affigatur ad hostium domus quondam defuncti
si reperiatur vel ad hostium palatij si defunctus non habuerit
proprium vel conductum domicilium, et in ipsa citatione et ced(ula)
statuatur terminus talibus sic citatis duorum dierum ad
comparendum, et plus ad voluntatem citantis. Adicientes et de
clarantes quod intelligatur nomina heredum sciri et exprimi
posse si ipso defuncto superessent filij vel nepotes ex
filio: Citatio autem sine cedula in alijs actibus quam
in prima citatione fienda de ipsis heredibus valeat
et teneat autem prius statuta

De modo et ordine procedendi in ciuilibus causis 1 .2

Statuimus et ordinamus quod si quis legitime citatus ut supradictum est
coram d(omino) Cap(itane)o

coram d. Capitaneo vel eius vicario in termino huiusmodi
citationis compareuerit aduersarius suus de iure responsurus
proclamatus primo per baiulum alta voce ad fenestram
vel ostium palatij dicti Comunis, et non compareat ipse vel
eius procurator, seu aliquis legitimus defensor qui pro
ipso interueniat, actore comparente fiat bannimentum per
baiulum vel preconem in dicto ostio, et statuatur tali
citato terminus trium dierum ad comparendum et dicat sic
Baiulus vel preco Cum talis fuerit legitime citatus
per baiulum comunis ad instantiam talis actoris vel talis
eius procuratoris, et non compareuerit ipse vel aliquis pro eo qui
ipsum defendere vellet. Idcirco prefatus d. Cap.s seu eius
Iudex et Vicarius assignat ei terminum trium dierum
ad comparendum. quo termino elapso si non compareuerit con-
tumax reputetur quam vis unica tantum precesserit citatio
que sibi peremptoria habeatur et procedatur contra eum
tamquam contra contumacem; Et recepto corporali iuramento
ab actore quod ea que petit vera est, et quod animo calumnie
non petit pronuncietur in contumacia contra, seu addandu

prestandi vel faciendi secundum petitionem actoris huiusmodi
reo habito pro confesso et convicto. dareque executore vel
baiulo bonorum actori per capitaneum vel Judicem. Si actio
sit personalis inducatur actor in tenutam bonorum dicti rei
primo mobilium in duplum secundo immobilium in triplum
tertio contra nomina debitorum etiam in duplum pro quantitate
petita crescentis legis solutis primo capitibus solidorum
in cuiusque comunis scilicet tribus denariis pro qualibet libra
usque in centum libras at inde supra nihil solvatur. Si vero
actor realiter agat inducatur in possessione rei petite facta
prius extimatione huius rei quanti valoris sit sacramento
terminus ad solvendum actoris. Si vero reus in termino citationis compareat et
[illegible] pure quod petitur confiteatur fiat sibi preceptum de solvendo
dando vel faciendo usque ad decem dies sub pena qua Judici
videbitur quo termino elapso si huiusmodi mandato non fuerit
obeditum mandetur executioni preceptum citato primo reo
personaliter vel domi et fiat executio contra reum realiter
et personaliter ad voluntatem actoris. Si vero actor in huiusmodi
citationis termino non comparent per se vel legitimum procuratorem
cum procuratorio in forma sufficienti tunc actore proclamante

comparente q[illegible]

comparendoque reo citato resarciatur continuo ipse Actor
et expensas quas fecerit ipse Reus huius occasione in ipsa
Curia reficere teneatur, et nihilominus pro interesse dare eidem
reo tempore estivo v. a calendis mensis Maij usque ad calendas
Novembris duos solidos denariorum currentium alio vero tempore
duodecim denarios teneatur dare quolibet die quo fuerit in
iudicio: nec audiatur idem Actor ulterius nisi restituerit
huius expensas et denarios pro interesse reo prefato.
Si vero ipse Actor, et Reus aut procurator eorum vel alter
ius ipsorum in termino citationis comparuerint facta prius ut
convenit legitimatione personarum ipsorum, et pro parte rei peten
tetur libellus in scriptis offerri afferre teneatur actor
in quo res quantitas vel res petita estimatione facta summam
excedat centum solidorum. Quo libello oblato per Actorem
reo ad deliberandum et respondendum quinque dierum termi
nus ipsi reo per Iudicem statuatur. Quo termino elapso
super huius libello per partes litis contestatio fiat et de
calumnia iuretur et decem dierum utrique parti per Iudicem

liber

terminus statuatur ad probandum Et nulle exceptiones opponende

preparatoriae huius litis contestationem impediant nisi

opponerentur contra personam agentis, vel ipse exceptiones

essent dilatoriae, vel declinatoriae, alie vero exceptiones

opportune reserventur opponendi post litem contestatam

et teneatur tam actor quam reus infra terminum eis statu-

tum omnes probationes contra inducere tam per testes quam per in-

strumenta quem terminum Capit. seu Vic. possit prorogare

~~ad~~ secundam dilationem ~~concedi~~ dare causa cognita usque ad

tantundem tempus et non plus nisi de utriusque partis processe-

rit voluntate, Positionibus vero fiendis super huiusmodi causis

ad voluntatem adversarij per principales personas respondeatur

precise per verbum credit vel non credit sine adiectione

aliqua remotis advocatis et procuratoribus partis respondentis

si pars respondens est presens de curia patria vel absentia

arbitrio Judicis remittimus rigore presentis statuti. Si vero

pars est absens tunc respondeatur per procuratorem habentem

sufficiens mandatum ad respondendum positionibus receptis

testibus ad dicta quae producerentur ipsisque publicatis

elapsis

elapso termino dato ad probandum detur terminus utrique
parti quinque dierum continuorum ad recipiendum copiam dictorum
testium et opponendum contra. Quo termino elapso statuatur
ultima et peremptoria dilatio ad inducendum et producendum
utrique parti dilatio sit aliorum octo dierum. Et si aliquid
fuerit inductum vel productum fiat copia parti contra
quam producitur arbitrio Iudicis statuendo ad opponendum
vel respondendum si petitum fuerit. Quibus terminis elapsis
statuatur terminus per Iudicem utrique parti octo dierum
ad allegandum et peremptorie. Et dictis terminis elapsis
Iudex per diffinitivam sententiam huiusmodi causam de-
cidere non postponat. Procurator vero vel defensor
in huiusmodi civili Iudicio interveniens procuratorium vel
defensorium in publicam formam suis expensis dare teneatur
adversario suo victus vero victori in utroque casu adversario
suo expensas quas in ipsa causa fecerit restituere teneatur
condemnatur Iudicis precedente taxatione suo ipsarum expensarum
eam per Iudicem primo facta cogatur pars ad reficiendum
expensas. Volumus insuper quod non recipiatur contra

copia procuratorie traditur sumptibus producentis

nec tamen contra contumaces procedi posse contra Certetanos
habitantes in districtu dicte terre Certe extra terram
ipsa die citationis ipsius hora certanda, sed expectari usque
ad horam vespertinam. Statuentes quod actor salarium Communis
videlicet tres denarios pro qualibet libra facta extimatione rei
que petitur secundum mensuram per in ciffum Communis mittat
sive fuerit actio realis sive personalis. Et tempore quo sit
requisito a iudice precepti vel instrumenti ante Bayulo
consueverat solvantur capita solidorum. Et tempore contra
statutis litis abeutas parte ante quam ipse partes de Pala
tis excenti quod capita solidorum soluta non fuerint tunc
quicquid factum fuerit in favorem eius qui non solverit non
valeat ipso Iure. Et nihilominus cogatur huiusmodi capita solidorum
solvere duplicata, et mittere in ciffum Communis. Quam
quidem sententiam diffinitivam actor vel Reus petierit
proferri a Iudice ipse proferre teneatur et debeat inter
partes infra tres menses a die litis contestate vel quasi
super ipso libello diebus feriatis non minime computatis
nisi huiusmodi terminus citius mentionem de voluntate partium
fuerit

fuerit prorogatus expresse vel nisi aliquod evidens impedi-
mentum obstaret declarandum per d. Confalonarium et
Priores Populi dicte terre, vel per maiorem partem ipsorum
et si dictus Iudex fuerit negligens in predictis perdat
de suo salario vigintiquinque libras per Camerarium
Comunis de facto retinendas quod si primus Iudex
coram quo lis fuerit contestata ipsa causa non expedierit
successor eius habeat terminum unius mensis ultra tempus
quod restabat Iudici precessori si a partibus fuerit cum
eorum exhibitione requisitus vel ab altera partium tamen
qui mensis ultimus incipiat currere à die requisitionis
pred. declarantes quod solaris semel capitibus solidorum
in eadem causa ulterius solvi non debeant

In quibus causis possit sumarie procedi 13

Item statuimus et ordinamus quod Cap. terre Ceneti et eius vicarius
in causis civilibus coram eis vertentibus de quacunque re
inter Cenetanos et forenses, vel forenses et forenses dum
tamen forensis litigans cum Cenetanis legiptime fidem

prestet eius Contractus de recognoscendo ... in causa
reconventionis et de Iudicio sisti, et Iudicatum solvendo
cum clausulis opportunis. Item in causis alimentorum que peten
tentur. Item in citatione testium, et Curatorum. Item cum Contra
hentis cum per Iuramentum suspectum assignaret aliquem habitan
tem in ipsa terra vel eius transeuntem huius Contrahentis
debitorum contra ipsum et eius bona. Item in quantitate centum
solidorum et ab inde infra et ... valoris, et ab inde infra
inter quoscumque et alios, sine libelli oblatione litis con
testatione strepitu et figura Iudicij summarie procedat
et decidat cognoscere et decidere teneatur. Item in causa
domini repetentis a suo procuratore actore vel curatore
debitum a debitore exactum, et non restitutum domino predicto, vel
quietationem facientem debitori, et debitum non est restitutum
ipsi domino. Item in causis quibuslibet dativarum. Item in
mercedibus laboratorum et operariorum et nutricum. Item in
salarijs magistrorum grammatice advocatorum medicorum pro
curatorum et notariorum, in quibus omnibus idem dominus Capitaneus
et eius vicarius summarie procedat ut dictum est per delationem
Iuramenti

iuramentum alteri parti vel alteri prout sibi videbitur, statuendo
terminum suo arbitrio et dilationes. tam in solvendo quam
inspiciendo de quibus omnibus non solvatur capiat solidum
excepto a forensibus

De partitis fiendis et quo ordine procedatur → 4

Item statuimus et ordinamus quod si quis coram domino Capitaneo vel Vicario par-
tium fecerit de quacumque quantitate vel re vel facto vel
quod dari vel fieri peteret, et faceret adversario suo partitum
quod super tali facto vel re vult, vel iuramentum referret
faciens partitum ipsum tempore offerat in ipso libello, seu
petitione. Si petita quantitas tamen centum solidorum
excedat. quo partito facto detur per iudicem terminus
adversario trium dierum ad deliberandum vel respondendum
iurandum vel referendum et principalis persona cui fit
partitum ipsa ipsum terminum ad humi partitum capere
seu eligere teneatur, et iurare vel iuramentum referre
faciente partitum. Si talis principalis persona cui iuramentum
defertur vel refertur tempore dicti facti partiti vel
relati esset in dicta terra Ceresii vel eius districtu alias

admittatur procurator vel eius defensor si adversarius con-
sentiret. Si vero contenderet tali procuratori vel
defensori intervenienti termino competente statuatur
ad faciendum comparere principalem secundum distantiam loci
quo termino elapso si venire neglexerit vel iuramentum
referre habeatur pro confesso, et convicto, et fiat sibi
preceptum per iudicem de dando vel solvendo vel faciendo
ea que in huiusmodi positionibus continentur seu petentur usque
ad decem dies. Ita demum volumus quem tenori ad
capiendum vel respondendum huiusmodi positionis si partium
sit de rebus gestis inter ipsos actorem et reum, vel
tamen si ille cui sit partium de contentis in eo scire
debeat verisimiliter veritatem, et ipsum partium sit tale
quod relevet deferenti, et ipsam questionem litis contra
seu controversiam totaliter decidat, decernentes quod
capiens partium tale iterum super ipsis positionibus de periurio
reprobari possit per adversarium suum infra terminum
quinque dierum solum summarie coram ipso iudice actores
seu intentiones producendo ipsasque actores probando per
testes, vel instrumenta. qua reprobatione facta huiusmodi
periurans

periurans pro suo periurio libras decem denariorum convertendas
pro ipso Comuni recipienti de facto absque alia probatione
solvere compellatur. Et tale periurium tali degerenti non
officiatur in aliquo; et iterum huic reprobationi facte
ac si iuratum non fuisset. Quam quidem penam Iudex prius
teneatur exigi infra quintum diem post ipsam reprobationem
non factam ad penam vigintiquinque librarum de suo salario
Et contingente quod aliquod partium seu delatio iuramenti
vel relatio fieret contra aliquem absentem a terra Cenete
per viginti miliaria vel ultra, qui se non absentaverit
post citationem de eo factam per Baiulum Comunis ad hunc
actum vel monitione Iudicis quod tunc in tali casu admittatur
procurator ad respondendum vel referendum. Et de tali ab-
sentia iterum credatur iuramento procuratoris iurantis
in anima sua quod talis est absens ut supra dictum est
quod iuramentum reprobari possit per partem adversam modo
et forma supradictis.

De productione et executione publicorum instrumentorum

Ad hoc ut publica instrumenta sententie vel precepta cuiusmodi

mandentur, et ne lites protelentur, sed pacta seu res pro-
missa a partibus observentur. Et quia pactiones in hac consti-
tutiones sancte Martii Calerie situatas in quinto libro
ejusdem constitutionum que incipit sine litibus

Statuimus et ordinamus quod si quis coram dno Capo. terre
Corsice vel eius vicario suum debitorem fecerit evocari
et coram ipso judice petierit aliquam pecunie quantitatem
vel rem certam ex quacumque causa legitima coram ipso de-
bito contra ipsum debitorem produxerit publicum instrum
sententiam seu preceptum non abolitum non cancellatum
nec in aliqua parte ipsius vel sui interruptum quod
contineat promissionem vel obligationem ipsius quantitatis
vel rei petite. hoc ordine procedatur absque libello
aliquo, dummodo petitio scribatur in actis continens nomen
Capitanei vel eius vicarij actoris ~~vel~~ et rei, et rem que
petitur. Quod tunc Cap. vel eius vicarius faciat dari copiam
talis petitionis, et instrumenti sententie seu precepti et
statuatur terminus eidem reo ad opponendum et probandum
contra illud instrumentum sententiam seu preceptum decem
dierum continuorum, et si ultima dies termini fuerit feriata
cadat in sequentem

cadat in sequentem sententiam. et ipse talis reus infra
dictum terminum ad exceptiones sibi competentes vel
que competere possent contra talem instrumentum guarentigie
vel preceptum et contra personam producentem opponat
et opposita probare teneatur. quod si infra dictum
terminum non opposuerit vel opposita non probaverit ad
solutionem tunc talis debiti dictus debitor realiter et perso-
naliter compellatur ad voluntatem creditoris donec ipsi
creditori fuerit plenarie satisfactum. quod si debitor ad
petitionem creditoris citatus non comparuerit ponatur in banno
una die fori in quantitate valoris rei petite et expensis
legitimis ipsi creditori debendis in quo banno assignetur
terminus trium dierum ad comparendum infra quos dies si non
comparuerit bannum incurrat predictum de quo dictus debitor
exire non possit nisi suo creditori satisfecerit de predictis
Et talis sit bannitus quod elapso termino banni possit capi
et detineri usque ad satisfactionem condignam. et predicta locum ha-
beant sive petat ille cui facta est promissio vel obligatio
ut continetur in instrumento sive eius heredes vel successores uni-
versales vel particulares in quotta sive eius procurator sive
habens iura cessa ab eo et sive petat contra promissorem vel

obligatum in instrumento scripto siue contra eius heredes seu
universalem uel particularem in quota successionem de quib
ibus possit interrogatio fieri cui debeat responderi appro
batio possit fieri per omnem modum et sine libello, uel
contestatione litis uel iuramento calumnie, uel alia Juris
solemnitate, si uero creditor uoluerit potius per contumaciam
sui debitoris tenutam sibi dari quam ipsum debitorem in banno
poni, ostenso instrumento uel non ostenso seruetur forma
secundi capituli scripti super in presenti libro secundo.
Volumus etiam, et ordinamus quod in omni casu exequutionis
instrumenti contenti uel precepti fiende secundum formam huius
statuti liceat creditori uti uiam personalis capture et
detemptionis et uiam tenute, et pignerationis utraque simul, et
altera tantum ut maluerit Et capta una uia redire ad
aliam usque quo integre fuerit sibi satisfactum. Et predicta in
dicto statuto contenta non uiderent sibi locum in contrac-
tibus Judeorum uel usurariorum manifestorum. Qui autem
sint manifesti usurarij in quibus statutum hoc locum
non habeat sufficiat probatio publice fame probandum per
quatuor testes. Volumus insuper et ordinamus quod predictus

modus

modus procedendi et predicta omnia locum habeant quando petitur executio alicuius sententie arbitri vel arbitratoris. Et quando per legatarium vel fideicommissarium vel substitutum ab herede aliquid petetur ex testamento vel alia ultima voluntate de quo seu qua appareret documentum publicum. Et in omnibus casibus predictis nulla alia solemnitas vel ordo requiratur vel alius actus nisi ut in presenti statuto est declaratum per hoc tamen non negamus heredi tempus quin uti possit beneficio legis et eo quod si uti velit tunc ut eo casu iura communia serventur

De modo procedendi ad secundum decretum — R 6.

Item statuimus et ordinamus quod si quis autem Curie dicti Comunis missus fuerit in tenutam bonorum vel rerum mobilium vel immobilium aut se moventium contra aliquem pro aliqua quantitate pecunie re vel facto que petita fuisset elapsis quinque diebus post ipsam inductionem in tenutam citetur huiusmodi reus ad instantiam talis tenutam ... quod compareat coram Judice ad recolligendum ipsam tenutam

liber

Et si interim ipsius citationis reus non compareat nec
recolligat ipsa tenuta Iudex ad Instantiam actoris precon[em]
uel baiulo dicti Comunis committat quod tria diuersa
banimenta siue subhastationes per interuallum trium
dierum inter banimentum, et banimentum faciat, dum
unum ex dictis banimentis faciat et fieri faciat in die fori
ex foro ebdomadario et huius tenuta publice et alta uoce
ad fenestram seu ostium palatij dicti Comunis banniat
et dicat si quis huius tenutam emere uellet compareat coram
Iudice et offerat quod plus offerenti uendi intendatur et
dabitur autem dicte Curie. Quibus terminis elapsis et
banimentis predictis factis citetur huius reus ad uidendum
tenute uenditionem aut dationem in solutum. Si emptor compa-
rent expirato uel per contumaciam absente huius reo credi-
tori datur ipsa tenuta emptori plus offerenti si reper-
iatur uendatur Iure creditoris indemne et decreto Iudicis
supra. Quando non compareret aliquis qui ipsa tenuta
emere uelit ponantur duo extimatores qui non attineant
alicui partium usque in tertium gradum inclusiue consanguinitatis
uel affinitatis

uel affinitatis secundum Jus canonicum computandi eligatur
per creditorem et aduersarium tantum uel per Judices ad estimandum
tantum ipsam tenutam ad quam per Judicem compellantur pre-
dicti estimatores qui electi captis pignoribus et mutuis
inhibita et facta estimatione predicta, Juramento huiusmodi
estimatores ipsa tenuta per eundem Judicem adiudicetur
et secundum decretum ~~et uendatur~~ concedatur Jure proprietatis
dicto creditori secundum estimationem tenutam et declarationem
predictam et pro expensis legitimis per Judicem primo
tenutis cui huiusmodi tenutio facta, uel quantitas qua
est uendita tenuta excedant quantitatem debiti petiti
et legitimarum expensarum per Judicem primo taxatam
illud quod superest excedit teneatur creditor seu actor
predictus et debeat dare et reddere cum effectu huiusmodi de-
bitori seu heredi infra octo dies post ipsam uenditionem seu
datione insolutum alias huiusmodi uenditio uel insolutum datio
non ualeat ipso Jure. Et predicta locum habeant tam
in tenutis datis ut dictum est auctoritate Curie quam in
pignoribus conuentionibus uel rebus mobilibus uel immobilibus

per creditorem recuperatur possessio et hoc in persona liber
sit. aut ad aliquam personam vel rem prestandam sive
factum faciendum. Dum tamen ad huiusmodi tenimenta
in pignoribus conventionibus procedatur elapso termino
licitum dictum recolligendi per Iudicem adiudicari recolligendum
Debitor tamen purgare possit et valeat suam contumaciam et
recolligere suam tenutam sive pignus refectis expensis actori
vel saltim depositis coram Iudice usque quo talis tenuta
fuerit vendita vel in solutum data ordine iuris dicto. Et si
ipsa tenuta fuerit occasione precepti in confessum facti sive
occasione executionis alicuius publici instrumenti aut occasione
diffinitive sententie que in rem transierit iudicatam in quibus
casibus pro redimenda tenuta debitum solvatur integraliter
debeat in expensis. Quando vero res libera sit aut et rei
tenete quis in possessione huius ante hec Curie in contumacia
ciam ipsam purgare et tenutam recuperare possit quandocumque
voluerit infra annum refectis expensis Actori. Volumus insuper
quod possidens aliquam rem mobilem vel immobilem vel se moventem
indivisis in tenutam ante Curie dicti Comitatus vendiderit et
ad vindicatione facta habeatur pro legitimo possessore contra huiusmodi rem
et heredes eius

et heredes eius et eorum modo emptor ipsius rei ille cui
daretur in solutum vel possideret per annum integraliter
actione, ut dicendum est habeatur privetur et legitimis possessoribus
eodem concedatur contra suos debitores aut adversarios cum
quibus est actum et heredes eorum. Licet venerata data ipse
nitetur in bonis possessis per certam personam eo ipso quod
constat Iudici valere fuisse venuta summarie et de facto
revocare teneatur ad instantiam talis certe persone.

De sumaria cognitione protestationum que fiunt ad impediendum primum uel 2m decretum 7

Statuimus et ordinamus quod quandocumque per aliquem in Curia
Comunis Veneti contra aliquem ad impediendum primum
uel secundum decretum fieret verbo vel in scriptis aliqua
protestatio seu produceretur Cap. uel Vic. statim assignet
terminum unius parti scilicet protestanti ad iustificandum suam
protestationem et adversario suo seu illi contra quem fit
protestatio ad impugnandum quinque dierum per instrumenta
et eundem dierum per testes hinc inde ad probandum et
probationes habendum per omnem modum et speciem probationis
quo termino elapso Cap. seu eius vicarius teneatur et debeat

secundum merita probationum summarie et de plano pronunciare
protestationem iustam vel iniustam et dicendum vicarium in
expensis legitimis condemnare. Et nihilominus iniuste protestans
in viginti solidis de facto per capitaneum vel eius vicarium
puniatur et durante tempore dictarum protestationum tempus
tamen mentium statutorum ad expediendum processum non currat. et
impediens Capitaneus vel eius vicarius valeat debeat
et possit summarie procedere sine strepitu et figura iudicii
prout sibi videbitur de iure. Ita et taliter quod infra
quindecim dies post primam dilationem debeat expedisse pena
decem librarum de suo salario qui quinque dies sint utiles

De quibus rebus et qualiter baiulus teneatur tenutas assignare 18

Statuimus et ordinamus quod Baiulus ad instantiam creditoris tenutas
de rebus mobilibus vel se moventibus exhibere debeat
extra domos debitorum ipsis debitoribus assignare expectans
sibi expedient vocare adversarium ad extrahendum huiusmodi tenutas
et vocans sine pena possit domum intrare et Baiulo prestare
adversarium ut convenit. Boves vero vel pannos aeros ad lectum
in lecto iacentes non accipiant pro tenuta si alias tenutam
invenient

inuenient uel debitor assignet. Volumus insuper quod si forensis sit creditor, uel alius suspectus [illegible] pro huiusmodi tenuta ipsi creditori non credatur; sed deponatur penes aliquem conuicinum apud quem maneat usque ad tempus uenditionis uel insolutum dationis eiusdem de assignatione tenute uel pignorum [illegible] relationi bayuli fides plenaria adhibeatur ut dictum est de aliis citationibus. Qui uero se opposuerint baiulo et non permiserint ipsum baiulum tenutam uel pignus accipere ultra penam iniurie si quam baiulo intulerit pena quadraginta solidorum uice qualibet puniatur de facto

De modo procedendi contra non habentes tenutam — 1.9.

Statuimus et ordinamus quod quandocumque per Iudicem pronunciatur tenutam esse dandam de bonis alicuius et bayulus te- quam Iudici referret huiusmodi tenutam non inuenisse facta legitima discussione bonorum eius Iudex ad instantiam actoris faciat huiusmodi reum exbanniri cum banno [illegible] de terra Comitis [illegible] in quantitate pena exigentis per preconem et bayulum communis alta uoce ad fenestram palatii communis seu ostium in die fori [illegible]

viginti solidis Comuni applicandis et solvendis per huiusmodi
exbanniendum singulo banno tunc dictum terminus ad comparendum
vel ad assignandum tenuta predicta infra quem terminum si non fuerit
comparitum vel de bonis ipsius tenuta sufficiens assignata cum effectu
incurrat ipsum bannum tam pro creditori quam etiam Comuni neque
de ipso banno exire possit nisi predictas quantitates primo
solverit cum effectu. Volumus tamen huiusmodi terminum octo dierum
currere a die notificationis huiusmodi banni facti per cedulam
coper Bayulum portatam per ipsi exbannito vel ad domum
eius habitationis si habitaverit in terra Cerreti vel eius di-
strictu. Si vero fuerit forensis vel terrigena non habens propriam
vel conductam domum affigatur cedula ad portam palatii comunis
sive ad ostium ubi solitus est opperari, in qua cedula con-
tineatur causa propter quam est exbannitus, et nomen eius
ad cuius petitionem est exbannitus et quantitas in qua est exban-
nitus. Et dicta cedula presentetur vel affigatur per Bayulum
in presentia testis et ibidem relatetur, quod exbanniendum
fiat die fori ut dictum est ipso foro adunato et congregato et aliter
factum non valeat. Adveniente quod exbannitus aliquis pro
debito pecuniario capi non possit in aliqua ecclesia vel domo
sua propria

sua propria uel conducta et huiusmodi expensis si fuerit debeat releuari

De secretis difiniendis per Cap.^m uel eius Vic.^m — x

Item statuimus et ordinamus quod quandocumque inter alios Certaldenses de se-
ribus, seu secretis oriretur aliqua discordia siue secreti
Cap.s uel eius Vic.s ad petitionem partis petentis teneatur ire
ad locum dicte questionis seu secreti, et uiso dicto loco et
examinatis testibus non actinentibus alicui partium usque
in tertium gradum secundum ius canonicum de adiacentibus
dictam questionem summarie et de plano sine strepitu et figura
iudicii diffinire, et terminare teneatur, et debeat prout
sibi uidebitur de iure conuenire. A quibus partibus habere
debeat pro suo salario decem soldos cortonenses die quolibet
quo iuerit extra terram Certaldi. Intus uero ipsam terram nihil
possit recipere pro predictis. Et si in predictis Cap.s uel Vicarius fuerit
negligens in eundo et terminando pena centum solidorum
puniatur uice qualibet

De modo retinendo super diuisione reru' coium et qualiter bona coi diuidatur — ii

Item statuimus, et ordinamus quod quotiens per aliquem de Certaldo uel

eius de iure peteretur contra aliquem fieri divisionem aliquorum bonorum hereditariorum vel aliorum quomodolibet comuniter vel comuniter aquisitorum de quibus esse discordia inter partes de divisione Cap.s eiusve vic.s teneatur et debeat cogere et constringere ipsos tales litigantes dummodo de communione constet ad compromittendum in aliquos eorum consanguineos vel amicos de iure, et de facto ad dividendum dicta talia bona cum omnibus et singulis clausulis et capitulis necessarijs et opportunis, et cum adiectionibus penarum, prout d.o Cap.o vel eius vic.o videbitur et placebit. Si autem res de qua est questio non est divisibilis tunc arbitri per partes electi ipsam questionem decidere, et terminare possint prout eis videbitur et placebit

De terminis mictendis inter conuicinos — 12

Jtem statuimus, et ordinamus quod quotiensque per aliquem via d. Cap.o vel eius vic.o peteretur terminos mitti inter possessionem eius et alicuius eius convicini unius vel plurium teneatur et debeat Cap.s et vic.s summarie et de facto astringere partes eligere unum vel plures prout sibi placuerit a qualibet parte. Et si convicinus negaret actorem perium dicere habere interam possessionem suam

huius operis nisi licentiam habuerit à Judice, et in legiptima cautione promiserit nuntiatio de demoliendo opere si appareret iniuste edificasse et dans fideiussionis loco habeat nisi nuntians, vel prohibens offeret se paratum probare de suo Jure iniuste edificandi quod probare debeat infra quinque dies post ipsam oblationem: qua non facta liceat nuntiato. edificare prout de sua processerit voluntate et nuntians hoc casu super ulterius non audiatur

De modo seruando inter conuicinos edificare uolentes – r. 14

Statuimus et ordinamus quod si aliquis iuxta domum sui vicini siue Casalem murare voluerit vicino recusante cum eo murum teneatur et debeat talis vicinus pro tali muro faciendo pro sua parte assignari casalem suum unum pedem ad pedem manus, et talis requirens tantumdem casalem de suo contribuere teneatur in quo murare possit prout sibi videbitur conuenire suis sumptibus et expensis. Et alter conuicinus in tali muro appodiare siue domum eleuare non possit nisi primo medietatem expensarum ei restituat cum effectu et ita obseruare teneatur pena centum sol. et idem modus seruetur si quis murare uoluerit supra murum com̄.

De [illegible]

De fideiussoribus indemnes conseruandis 15

Item statuimus et ordinamus quod si quis pro Comuni Terrae vel alia vniversitate Castri vel Villae fideiusserit seu vel quomodolibet se obligaverit per ipsum Comune Castrum vel Villam conservetur indemnis Capitaneus vero et eius Vicarius teneatur et debeat summarie et de facto procedere remedijs opportunis quod tali obligatus ab huiusmodi Comuni Castro vel Villa indemnis conservetur. Si vero quis pro speciali persona apud aliquem vel fideiussorem vel alio quoquomodo se obligaverit mandato alicuius talis principalis ad petitionem huiusmodi obligati per Capitaneum et eius Vicarium cogatur et compellatur quod conservet ipsum indemnem ex ipso quod Iudici parebit de tali obligatione et damno. Et si de damno non appareret, sed constaret ipsum diu in obligatione fuisse constringatur et compellatur ut liberet ipsum ab obligatione predicta et intelligatur diu stetisse, qui steterit in obligatione predicta per biennium, et de damno quibuslibet fideiussor vel pro alio obligatus dicta de causa capitaneus et Vicarius teneatur in predictis sibi ius summarium facere absque strepitu et figura iudicij

facta fide de damno predicto; Adiicientes huic statuto quod creditor debeat primo agere contra principalem quam contra fideiussorem non obstante quod in dicto beneficio de fideiussoribus fuerit renunciatum, et si de bonis predictis non inveniretur facta primo discussione per Bayulum tunc possit agi contra fideiussorem et aliter non.

De questionibus compromictendis inter consanguineos 16

Item statuimus et ordinamus quod quotiescumque lis questio discordia seu controversia coram Curia Comunis Ceteri orietur inter consanguineos vel affines usque in tertium gradum inclusive, et gradus intelligatur secundum connumerationem Canonici Iuris, de quo non appareat publicum Instrumentum, Capitaneus vel eius Vic.^s teneatur et debeat virtute sui Iuramenti, et pena vigintiquinque librarum, ad petitionem cuiuslibet partis, cogere, compellere, et constringere dictos consanguineos, vel affines, remediis opportunis realiter et personaliter dictas lites, questiones, et controversias, vel tertiam compromittere in aliquos consanguineos, vel affines, vel amicos eorum, de quibus essent in concordia, et si non essent in concordia, eligatur ab a qualibet parte unus, qui ipsas questiones, lites, vel tertiam cognoscere,

terminare

terminare, et decidere possint, summarie de Iure et de facto,
prout ipsis electis videbitur, et placebit, et expediens fiat
compromissum per ipsos litigantes cum rogatione notarij, et
clausulis et capitulis necessarijs, opportunis, ac consuetis in
compromisso apponi. Et qui recusauerit taliter compromittere,
pena decem librarum de facto multetur, et puniatur, applican
darum pro medietate Comuni, et pro alia medietate parti com
promittere volenti, et nihilominus tale compromissum facere compellatur.
volentes etiam malitijs hominum obviare, decernimus, quod si quis
infra unum mensem ante ceptam litem, vel petitum compromissum,
alienauerit in aliquem rem, vel actionem, de qua est lis, seu
que peteretur veniri in compromissum, talis alienatio ficticia
reputetur, et ille, in quem talis alienatio facta esset, compella-
tur consentire huiusmodi compromisso, et laudo, et eo facto, et quod
per huiusmodi Arbitratores laudatum, diffinitum, vel Arbitratum
fuerit, valeat, et plenam obtineat roboris firmitatem, et si
quis non obtemperauerit, incidat in penam in compromisso
contentam, cuius pene medietas sit Comunis predicti, et alia
media sit partis observare volentis laudum. Et talis

pena eiusdem de facto per Cap.neum vel eius Vic.rium. Volumus insuper, quod si quis negaret coram officialibus, quando peteretur tale compromissum fieri, se attinere suo adversario usque in dictum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, puniatur summarie, et de facto pena decem lib. den. comuni applican.a eo ipso quando appareret, ipsum attinere, ad quod probandum sufficiat probatio quatuor testium de publica fama. Qui quidem testes summarie recipiantur, sola data intentione, seu aliis. Declarantes, et decernentes, ne lites et litibus oriantur, quod si semel de eadem re, vel causa inter personas fuerit compromissum, et de iure temporis, non obstantibus, vel de eare, vel causa, alias fuerit determinatum per diffinitivam sententiam, que in rem transiverit iudicatam, tunc compromittere non cogatur

Quod mulieres dotate non succedant certis personis — 17

Item statuimus et ordinamus quod dotate mulieres preter patrem seu matrem fratrem sororem avum vel aviam non succedant ab intestato huiusmodi patri vel matri sorori vel fratri avo vel avie. Si talis pater vel mater frater soror avus vel avia decederent aliis filiis superstitibus

superstitibus masculis uel nepotibus ex filijs natis ex eorum matrimonio legitime nata est dicta mulier dotata, uel si decederent alij ex fratribus uel sororibus eorum filijs alijs fratribus carnalibus uel filijs fratrum masculis superstitibus ex eorum parente dicte mulieres dotate ad dictam successionem pretendentem uenire uolentes non audiantur. Et si in iudicio egerint petendo hereditatem uel partem contra predictos dicte mulieres et eorum procuratores per rectores eijciantur.

Quod uenditio uel alienatio rei possesse per uenditorem uel alienatorem reputetur ficta — C. 18.

Item statuimus et ordinamus quod si apparuerit aliquem uendidisse uel quomodolibet alienasse alicui omnia sua bona, uel aliquam petiam terre et uendens uel alienans post ipsam uenditionem uel alienationem ipsam petiam terre uel bona naturaliter possideret et eius fructus perciperet, et de huiusmodi fructibus non responderet tali emptori uel ius habenti aut heredibus eius habeatur tale instrumentum emptionis uenditionis uel alienationis pro ficto et simulato quo ad uenditionem, sed presumatur pignus non obstante quod in huiusmodi instrumento contineatur bona huiusmodi nomine talis emptoris, uel ius querentis dictum constituit se

precario possidere vel alienans vel vendens usumfructum reservando
expediendum statuimus volumus quod preconizetur omni mense usque
ad annum die fori.

Quod venditor rei per comune apprehense compellatur restituere pretium 19

Item statuimus et ordinamus quod si quis vendiderit vel quomodolibet aliena-
verit rem Comunis Cerreti, que per ipsum Comune apprehenderetur
sive sit apprehense fuerit, quod talis vendens vel alienans teneatur
et de facto compellatur restituere pretium quod recepit ab emptore
ipsi emptori vel aliud quod receperit pro alienatione predicta

Quod per venditionem alicuius petie terre colonus iure laboritii non fraudetur 20

Item statuimus et ordinamus quod si quis vendiderit vel quomodolibet alie-
naverit aliquam petiam terre alicui ad laborandum locatam
ius laboritii de eadem petia terre et fructuum existentium in
ea penes ipsum laboratorem vel partiarium colonum remaneat
et pro reservato habeatur, quamvis per alienationem in ipsa
alienatione non fuisset expressum

Quod nullus Cerretanus iura concedat contra alium Cerretanum alicui forensi vel non subiecto iurisditioni comunis Cerreti 21

Item statuimus et ordinamus ad hoc ut Cerretani extra territorium eiusdem terre

adiudicium

ad iudicium non trahantur quod nullus de Ceneto vel eius destrictu alienet, vel cedat aliqua iura vel actiones que haberet contra aliquem Cenetanum vel destrictualem alicui forensi vel non subdito iurisdictioni Communis predicti ad penam xxv. lib. de facto exigendam ab huiusmodi alienante dicto Communi applicandam. Et idem dicimus quod nullus Cenetanus emat vel recipiat aliqua iura ab aliquo forense contra aliquem Cenetanum pena xxv. lib. de facto exigenda ab ipso emptore Cenetano, et nihilominus talis emptio vel cessio sit ipso iure nulla

De forensibus habitantibus in terra Ceneti vel eius destrictu 22

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli forenses habitantes et moram trahentes in terra Ceneti vel eius destrictu continue per tres annos teneantur et debeant in dicto Communi et facere omnia, et singula obsequia realia et personalia ut faciunt alij Cenetani et destrictuales pena xx. lib. et hoc non vendicet sibi locum in famulis qui starent et morarentur cum aliquibus de Ceneto vel eius destrictu

Quod nullus aliqué contractú faciat cú aliqua muliere sine p̄ntia suo⁊ consangineorum ——— c. 23

Itē statuimus et ordinamus q nullus aliquis contractus faciat cum aliqua muliere obligando sibi eandē sine p̄ntia duorum consan= guineorum ad minus propriore mulieris consanguinioribus, et si secus fit talis contractus non valeat ipso Jure, et si Consanguinei nolent consentire sufficiat p̄ntia Judicis Cast. Cener

De fide danda protocollis notarij premortui uel absentis ——— c. 24

Itē statuimus et ordinamus quod protocollis scriptis in quinterno manu pu- blici notarij de Cener premortui uel absentes fides pu- blicis adhibeatur dummodo in principio uel fine quaterni ipse notarius faciat mentionē quod talis quinternus scriptus est manu sui

De hys qui uendunt aliquá peciá t̄re et in ea lis oritur ——— c. 25

Itē statuimus et ordinamus quod si quis fecisset uel fecerit in futurum aliquā uenditionē uel permutationē de aliqua pecia terre uel re uel alio quouis modo in alio alienasse et questio siue controuersia moueretur contra emptore uel alium recipientē talem peciā

talem penam terre vel rem alienatam coram Curia Communis
Tenen. Et talis venditor vel alienator teneatur penam
terre aut rem defendere ut premissum est, et in instrumento venditionis
vel alienationis continetur, eo ipso quod ostenderetur Capitaneo
vel Vic.o dicti Communis tale instrumentum carens omni suspicione
et appareat eius per aliud instrumentum fuisse questionem vel litem
de tali re vendita vel alienata summarie sine strepitu
et figura iudicij talis venditor vel alienator si viveret
vel si non viveret heredes eius defendere legiptime teneantur
contra ipsam penam terre vel rem et in se suscipere que-
stionem vel litem teneantur aut predictam venditionem vel
alienationem suscipientem aut heredes eius conser-
vare indemnes nisi talis venditor aut alienator aut
heredes eius dicerent contenta in huiusmodi instrumento non fuisse vera
et talis instrumenti copiam peteret quo casu sibi quinque dierum
terminus statuatur et procedatur summarie in predictis sine
strepitu et figura iudicij

De questionibus compromittendis et arbitris cogendis — 27

Item statuimus et ordinamus quod arbitri vel arbitratores in quos questio vel

lis uel causa per aliquos fuerit compromissum infra mensem a die facti eorum precepti per d. Cap.m uel Vicarium terminare eandem debeant et per laudum uel arbitrium diffinire subpena eorum solidorum arbitris exigendorum de facto, quem terminum d. d. Cap.s uel eius Vic.s abreviare, et prorogare possit. Item statuimus et ordinamus quod prefatus d. Cap.s uel eius Vicarius possit et ualeat quoscumque arbitros uel arbitratores ab aliquibus assumptos uel electos cogere et constringere ad suscipiendum compromissum in eos factum captis pignoribus, et multa in dicta. Addicientes quod dicte partes compromittentes teneantur deponere salarium pro ipsis arbitris, et arbitratoribus, et etiam pro salario consulenti si expedierit arbitrio Judicis declarandum habito semper respectu ad causam compromissam, et possint dicti Arbitri et arbitratores condemnare partes inobedientis pro dicto salario et alijs sicut eis uidebitur fore equum

De copijs sumendis de protocollis seu rogacionibus notariorum defunctorum uel absentium 28

Item statuimus et ordinamus quod quandocumque de protocollis alicuius notarij defuncti uel absentis in publicam formam quis copiam uellet assumere hoc modo procedatur videlicet quod coram Cap.s uel eius Vic.o dicti

Comunis

quod coram Cap.° uel Vic.° terre Ceneti petenti uel peti manda-

uerit aliquod debitum de quo ei sit solutum uel petierit

plus quam ei debeatur ipso Jure cadat a tali actione, et

nihilominus ad Cap.m uel eius Vic.m condemnetur uel pu-

niatur de facto incontinenti et ab inde inspanas in-

decem libras secundum qualitatem debiti petiti. Et si

quis peteret ante tempus debitum quod ei deberetur dupli-

centur induciae ei qui dare tenentur aut tempus quod

restabat addendum. Volumus insuper quod a consuetudi-

lis ignorantia excuset quem petentem uel peti mandan-

tem ab omnibus penis predictis

Quod quibusdam scripturis Mercatorum fides adhibeantur, et 1 32
Qualiter cedulis Apodixis, aliisque privatis scripturis fides prestetur.

Jtem statuimus et ordinamus quod in libro tenenti et intitulato manu

mercatoris publici qui artem exerceat mercantie et apotheca

cum teneat cum mercantiis publicis et palam fides

detur usque in quantitate viginti librarum denariorum curruntium

quos ipse assereret recipere debere ab aliquo homine

uel persona occasione dicte mercantie seu mutui uel

uenditionis fieret facte de aliqua mercantia dummodo de ea
quantitas non descendat à manu uendentis cum ipso libro
seu scriptura contineatur annus dies et mensis et causa
propter quam recipere tenetur et liber predictus initialem
annis dominicis et inditione. Si uero in dicto lib. reperiri
tur scriptum manu alicuius debitoris debentis dare ipsi
mercatori credatur ipsi scripture usque in quantitatem centum
librarum sine aliquo teste facta primo comparatione litterarum
si fuit negatum per manum sua scriptum. Alijs autem priuatis
scripturis factis manu alicuius dare debentis in cedulis
uel apodixis uel aliter credatur usque in quantitatem xxv.
lib. sine teste.; ab inde uero supra cum uno teste usque
in quantitatem quinquaginta librarum. Si autem cedula
uel apodixa seu priuata scriptura esset facta uel scripta
cum annis domini loco et tempore et duobus testibus con
ipsum scribentem fidem faciat plenariam usque in quantitatem
in ea contentam, facta ut dictum est comparatione litterarum
si negaretur. Et in predictis casibus quando negatur per quem
scripta manu propria facta et postea appareat per per
ipsum scripta

per ipsum contrafacientes puniantur per Cap.^m^ vel eius Vic.^m^ in decem libris et plus et minus eorum arbitrio, et in predictis omnibus et singulis breve summarium ministretur

De quarta parte dotis lucranda per viru uxore decedente sine liberis — 133

Jtem statuimus et ordinamus quod uxore predecedente sine filiis in matrimonio viro superviventi lucretur vir pro quarta parte dotis propter expensas factas tempore contracti matrimonii, et in ipsa quarta parte succedat ipse vir, sive nomine etiam ipsa quarta parte succedat ipse vir, sive vero relinquent sive non, et ipsa vivendo etiam contigerit ipsam mulierem aliquid relinquere viro suo computetur in dicta quarta parte pereas lucranda et ipsa quarta pars in ipso legato vel relicto si excedat quartam partem dotis predicte

De feriis, et diebus feriatis — 134

Feriatos dies esse decernimus omnes et singulos infrascriptos dies quibus per Cap.^m^ vel Vic.^m^ in Civilibus causis nemini Jus dicatur vel ad banchum Juris causa in civilibus sederi debeat. Jnprimis festum Nativitatis D. N. Jesu Xpi cum quatuor diebus precedentibus continuative usque ad secundam diem Epifanie inclusive. Dies

liber

cinerum in duobus precedentibus. festum Pasce resurrectionis dnj
nri Jesu xpi cum septem precedentibus et septem subsequentibus
dies Assentionis dnj cum tribus precedentibus propter rogationes
seu letanias. dies Pasce Pentecoste cum duobus sequentibus
dies festivitatis Corporis Christi. quinque festivitates Virginis
Gloriose beate Marie vz. Conceptionis Purificationis Annun-
ciationis Assumptionis et Nativitatis festivitates omnium Aposto-
lorum dies festivitatum quatuor evangelistarum et quatuor doctorum
sancte marie Calete dies festi Beate Agnetis, dies festi
sancte Agate dies sancti Antonij de vienna sancti Benedicti
Abbatis et sancti Gregorij sancte Appollonie dies Calendis
Maij S. Michaelis Arcangeli S. Joannis baptiste tam nativitatis
quam decollationis S. Crucis tam inventionis quam exaltationis S.
Margarite S. Marie Magdalene S. Dominici sancti Laurentij
S. Clare S. francisci S. Salvatoris festum omnium sanctorum et
dies sequentis propter Commemorationem mortuorum S. Martini
S. Chaterine S. Nicolai Epi patroni et protectoris dicte
terre cum uno precedente S. Lucie et S. Blasij et omnes dies domi-
nicales et tempora messium et vindemiarum prout deliberatum
fuerit et extiterit in consilio populi et aliter Comunis Terre
quibus diebus

Quibus diebus Jus non reddatur nisi in summarijs causis seu
in quibus de Jure permictitur et celerit(er) requirunt
et nisi in criminalibus et si secus factum fuerit non valeat
ipso Jure ac etiam omnes dies veneris mensis Martij et in diebus
quadragesime et ieiuniorum sufficiat Judici semel in die
sedere ad bancum ad Jus reddendum

De sapiente dando in civilibus causis — R 35

Item statuimus et ordinamus quod quicumque coram d. Cap.o vel Vic.o petierit
consilium sapientis sibi dari super aliquo processu aut alio
quovis gravamine inferendo petenti d. Cap.no vel Vic.no
in causis civilibus teneatur et debeat ipse Cap.s vel Vic.
dare huiusmodi sapientem dummodo talis sapiens petatur sub pena
CC v. ~~lib.~~ unde qualibet civis sapiens sit salarium ad
arbitrium d. Cap.i vel Vicarij deponendum ~~per~~ partes expensis
~~pred~~ petentis et si huiusmodi sapiens petitus non daretur
non valeat quod postea factum fuerit Et teneatur talis petens
sapientem eo die vel sequenti deponere salarium pro consulere
et nuntio mictendo et alia pars [illegible] teneatur ad deponendum
sed si consilium contra ipsum venisset teneatur infra tres dies

restituere pars illud quod per Cap.m vel Iudicem fuerit declaratum sub pena dupli, et quod eundem fuerit Cap.s et Vicarius sibi teneantur, dummodo primo detur terminus pars attendendus sufficiens et consideratus

De fructibus doris R 36.

Quia conveniens est et consonum rationi quod qui substinunt onera matrimonij fructus dotis lucretur. Ideo statuimus et ordinamus quod quicumque de cetero promiserit alicui aliquam dotem pro aliqua muliere, et ipsam non solverit postquam ipsa mulier fuerit nuptui tradita et per maritum ducta quod teneatur, et debeat ipse qui promisit dotem solvere et non solvit quolibet anno dare illi cui dotem promisit pro fructibus ipsius dotis decem libras pro quolibet centenario librarum quantitatis promisse et ab inde supra vel infra prorata solvere teneatur. Et in predictis pro et esse intelligatur teneaciter obligatus, et ab eo peti possit tamquam a vero debitore. Non negamus tamen quin ipsa dos peti possit quandocumque per creditorem

Qualibet

Secundus

Qualiter intelligantur termini et dilationes — 37

Ad tollendum omnem dubitationem que de cetero circa dilationes et terminos posset verisimiliter oriri statuimus et ordinamus quod termini et dilationes in dubio tunc et esse intelligantur continui etiam ultra diem ultimum termini seu dilationis in quocumque actu iudiciario effectuata tunc sequens dies iuridica proxima sit de ipso termino et ultima dies ipsius termini sit et esse intelligatur etiam prius statuti. Declarantes insuper quod dies termini seu dilationis date in ipso termino seu dilatione minime computetur predicta veramus per terminum datum esse expresse aliter declaratum non est nostrum ecordare, nec restringere leges generaliter loquentes etiam l. 2 ver. § uno ff. de legat. prestan. et ff. solu. matri. 2 l. gnl. § 1 ff. de legat. prestan. et l. de pretio ff. de publician.

Dominus comparens in iudicio post comparitionem sui procuratoris per ipsius dominum comparitionem intelligi in eodem iudicio revocat procuratorem nisi in eius comparitione faciat expressam mentionem de revocando suum procuratorem ut tenet Innoc. in c. pertinet de procur. et Specul. in tit. de procura § 1 vers. item clarum dominus est hodia consequens in eo quo de procura.

De iurisditione et arbitrio D. Cap.ei Vicarij et alior. officialiu.

Reipublice interest ne malefitia remaneant impunita convenit namque bono presidi provintiam sibi comissam malis hominibus purgare et ipsos penis afficere convenit et ad hoc ut boni in melius reformentur et mali boni efficiantur et utrique secundum cond. merita vel demerita premientur retribuantur et puniantur et corrigantur. Idcirco ad hoc ut terra Cenet. decetero utilius et sanius gubernetur et homines in ea degentes et habitantes et in eius territorio et districtu precaveant se ab iniquitatibus et delictis. Statuimus et ordinamus quod D. Cap.s terre Cenet. qui nunc est et pro tempore erit et eius iudex et vic. in quibuscumque maleficijs et delictis seu excessibus comissis, et in futurum comittendis habeant et habere intelligantur auctoritate presentis statuti plenariam iurisditionem merum et mistum imperium et gladij potestatem in terra Cenet. et eius districtu inquirendi procedendi investigandi condemnandi et absolvendi de omnibus et singulis maleficijs culpis et excessibus et delictis

et adversis

et et verbis iniuriosis que committerentur seu commissa di-
cerentur per quoscumque homines vel personas contra quoscumque
in terra Canet vel eius districtu in persona vel rebus
tempore sui regiminis vel quandocumque ante per annum
computandum a tempore et principio sui officii excepto adulterio
incestu vel stupro, et maleficiis sine sanguine commissis necnon
ortis inter consanguineos vel affines usque in secundum gradum in-
clusive secundum jus canonicum computandum, et maleficiis com-
missis inter virum et uxorem et cum sanguine citra mortem
vel membri debilitationem, et verbis iniuriosis dictis inter minores
quatuordecim annorum de quibus debeat per inquisitionem non
procedant sed per accusam per legitimam personam institutam. qui
d. Cap.s et eius vicarius in his in quibus licitum est eis inquire-
re inquisitionem formare possint et procedere valeant ipsi et
quilibet ipsorum publica fama precedente vel non precedente
ex mero officio vel ad promotionem alterius. Et not.s maleficiorum
vel alius qui ipsam inquisitionem scripserit valeat et possit
verba apponere fama publica precedente ex eo quod de fama
non fuerit primo inquisitum vel probatum, sed quo ad probationem

ipsius fame sufficiant illa verba ipsius [illegible] et eo quod de
ipsa fama aliter non appareat. et possit et valeat idem
Cap.s suam Jurisdictionem penali Judicio defensare et de facto
imponere mandare et exigere penam usque in quantitatem [illegible]
centenarium. Judex vero et Vic.s possit usque in quantitatem centum
solidorum. Miles socius usque in quantitatem quadraginta solidorum
et quilibet nor.s usque in quantitatem viginti solidorum possit et et
valeat idem Cap.s et eius Vic.s de omnibus et singulis maleficijs
excessibus et delictis seu verbis iniuriosis de quibus pena
non excederet centum solidos punire de facto penam exigere
et in casum comunis mittere vel ad manus Camerarij facere
pervenire absque aliquo processu seu sententia vel citatione
alicuius bauli [illegible] et de facto, sine strepitu et figura
Judicij prout eis vel alteri eorum videbitur fore Justum

De citationibus fiendis in criminalibus causis — 12

Item statuimus et ordinamus quod baiuli dicti Comunis citationes circa
maleficia et criminales causas vel mixtas faciant legaliter
et bona fide pr.t a d. Cap.o vel eius Judice et Vic.o vel alio officiali
habuit in mandatis et huius citationes baiulorum super criminalibus
causis

causis facere vel mistis tam de mandato dictorum officialium
vel alicuius ipsorum quam ad petitionem actoris vel rei valeant
et sine comissione aliqua vigore presentis statuti et relatione
ipsorum baiulorum stetur et credatur et intelligantur pro teste
facere cogitur quod reponitur in actis manu notarii Curie rela-
tione ipsius Citationis per baiulum prefatum predicta vero
quando dicta citatio fieret ad alios actus quam ad se excusandum
tunc vero fieri debeat cum cedula ut in sequenti capitulo

Qualiter procedatur per D. Cap^m vel eius Iudicem et Vic^m vel alios officiales in criminalibus causis — A 3.

Statuimus et ordinamus ad hoc ut maleficia non remaneant impunita
et delinquentes pena debita puniantur quod D. Cap.s vel Iudex
et Vic.s possint teneantur et debeant procedere per accusationem
vel denunciationem contra eis vel alteri ipsorum exhibitas et
etiam per Inquisitionem sine aliquo precedente contra male-
ficia comictentes in castro terre Cemen vel eius destrictu
quandocumque et qualitercumque formare, et citare semel tunc ce-
dula continente in se tenorem accusationis denunciationis vel inq^nis
seu delicti vel maleficii de quo accusatus denunciatus vel inq^tus

et in nomen accusatoris denunciatoris vel promotoris si comparent et maleficij commissi que cedula assignetur per baiulum port vel domi habitacionis accusati inquisiti vel denunciati et eius vel ibidem per baiulum dimittatur et in dicta cedula assignatur terminus infra quem compareat ad se excusandum et defendendum a dicta accusatione denunciatione vel inquisitione si talis citandus fuerit habitator in terra Ceneti vel eius districtus, si vero autem fuerit forensis, vel vagabundus domicilium non habens in ipsa terra vel eius districtu proprium vel conductum tunc citetur ad officium ubi solitus est officiari vel in platea ad scalas palacij et ubi in dicta cedula ut dictum est et ibi cedula affigatur. Et si in termino ad se excusandum dictus citatus non comparuerit ponatur in banno per baiulum vel preconem ad fenestras Palacij alta voce mandato Capitanei vel Judicis vel alterius ipsorum et exbanniatur de dicta terra Ceneti et eius districtus in ea quantitate pecunie qua veniret condemnandus pro tali delicto secundum formam statutorum et in maiori et minori quantitate ipsorum arbitrio. Et in ipso banno assignetur terminus octo dierum in quo possit venire et comparere possit et se excusare et a dicta contumacia purgare

purgare. Ipsa quo termino dicti non comparuerit ipse vel alia legitima persona pro eo pro confesso et convicto et testibus superato habeatur, et reputetur vigore presentis Statuti de omnibus et singulis de quibus accusatus, denunciatus, vel inquisitus esset, et ut confessus, et convictus et testibus super eis condemnari possit. Volumus tamen quod terminus predictus dictum dierum tantum currere incipiat à die qua dictum bannum sibi notificatum extiterit personaliter vel domi sue solite habitationis si domicilium habuerit in terra Cerreti vel eius districtu si vero fuerit forensis notificatio ad ostium vel in platea et talis notificatio fiat cum cedula continente effectum delicti, et quantitatem in qua positus est in banno et diem banni et per baiulum presentetur et relatetur ut supra dictum est de prima citatione. Si vero Citatus comparuerit et se excusaverit de maleficio de quo procedatur contra ipsum recepta debita stipulatione, et fideiussoribus idoneis prestitis de condemnatione solvenda si qua fieret si pena huius maleficij esset pecuniaria Statuatur ei terminus quinque dierum ad suas defensiones faciendas qui terminus pro assignato habeatur et si expediens fuerit

dierum. post quidem comparitionem accusatoris seu denunciatoris si
quis fuerit ad probandum sua accusa vel denunciationem inde
terminus statuatur si presens fuerit vel per bamlum notificetur
absenti infra quem terminum sufficiat Accusatori denunciatori
vel reo saltem articulos producere et testes per bamlum cita-
ri iurari facere et eo quod in termino testes non deponerent
quem terminum si Judici videbitur possit ex causa prorogare
usque ad alios quinque. Si vero talis accusatus denuntiatus
vel inquisitus pure confessus fuerit fideiussoribus ab eo receptis
elapsis quinque diebus condemnetur. Testes vero tam ad de-
fensam quam offensam equali numero recipiantur si vero per unam
producti fuerint testes ad maiorem numerum valeat referri
illi petenter per unam interfuit et interesse debeat
Vicarius Capitaneus examinationi testium ad defensam predictorum
ipsisque receptis ad iuramenta publicentur, et ad accipiendum
copiam et opponendum quinque dierum parti contra quam examinati
sunt per Judicem terminus statuatur. quinque vero diebus
ad minus antequam sententie proferantur citentur partes
procuratoribus et Advocatis compareant coram Capitaneo
vel Vicario ut convenerit audiantur. Elapso vero anno

post comissum

post commissum maleficium procedi non possit de tali maleficio
per accusationem denuntiationem vel inquisitionem et si procederetur processus
non valeat ullo modo nisi procederetur de fabricatione alicuius
falsi instrumenti vel nisi procederetur de homicidio furto vel
robaria. Volumus etiam de maleficiis commissis sine armis sive san-
guinis effusione inter patrem et filium fratres carnales vel alios
consanguineos usque in tertium gradum inclusive secundum ius
canonicum vel affines vel habitantes in eadem domo per in-
quisitionem procedi non possit nec aliter nisi tantum per accusationem
per ipsum iniuriatum porrectam, et si procederetur processus non va-
leat ullo modo, et si per accusationem procederetur vel aliter inter
huiusmodi consanguineos vel affines de maleficio commisso cum
armis cum sanguinis effusione habita pace inter ipsos de
qua appareat publicum instrumentum producendum quandocumque
ante sententiam ratione dicte consanguinitatis media pars
pene debite remittatur, et nihilominus habeat beneficia confes-
sionis si maleficium fuerit confessatum. De iniuria illata
inter virum et uxorem cum armis vel sine armis cum sanguinis
effusione vel sine procedi non valeat ullo modo nisi intervenient

mors uel mutilatio membri seu membrorum realiter reddere
inutile. Et huiusmodi processus criminalis et sententie super
ipsis ferende valeant et teneant non obstantibus solem-
nitatibus uel substantialitatibus obmissis dummodo de
maleficio liquide semper constet. Declarantes quod huiusmodi
inquisiti uel accusati per bannitos teneantur ad sententias
audiendas, uel perpetuo sub nomine gratie dum bannitur
seu premonitatur contilium pro sententijs ferendis que semper
in consilijs firmantur cum presentia Confalonarij et unius
ex prioribus inquantitatibus in statuto contentis ubi statutum
loquitur. Ubi vero per statutum non reperitur certa pena
promissa pro maleficio de quo agitur tunc procedatur de si-
milibus ad similia uel si non esset casus expressus ad quem
possit adaptari tunc fiat secundum quod videbitur ipsi
D. Cap.o et eius Judici uel Vic.o et d.nis Confalonario et
prioribus licite dicere. Et tales condemnati ipsas condemna-
tiones contra ipsos latas infra decem dies a die late, intra
numerandos Camerario Comunis pro ipso Comuni recipienti
soluere teneatur. Quo termino elapso si non soluerint in
effectum

effectum quartam partem plus solvere teneatur. Quasquidem condem-
nationes absolutorias vel condemnatorias super huiusmodi crimi-
nalibus causis teneatur et debeat infra duos menses conti-
nuos computandos a die exhibite accusationis vel inchoatio-
nis inquisitionis vel a principio sui officii de processibus pen-
dentibus Cap(itul)o eodem tit. ante dicti sub pena xxv lib. de
suo salario communi predicto applicandorum et preterea iuramenti.
predictarum autem accusationum exhibitarum et inquisitionum
inchoatarum copiam facere teneantur et debeant Consules
et Dominibus dicte terre infra certam diem post exhibitam
accusationem vel inchoatam inquisitionem sub pena predicta
et si huiusmodi accusatio vel inquisitio contra non repperiretur
conscripta prout continetur in copia exhibita ipsis Domi-
nibus habeatur circa ipsos commisisse machinationem et
dolum et penis debitis tempore sindicatus contra patientium
ut convenit puniatur. Addentes quod ultimo mense
sui regiminis in criminalibus sententiam absolutio-
nis ferre non valeat.

Qualiter procedatur contra illu contra que maleficiu fuerit semiplene probatu

Item statuimus et ordinamus quod si reus maleficii de quo fuerit inquisitus vel accusatus tempore sue prime citationis negaverit, nec sit tale maleficium probatum sufficienter sed semiplene per unum testem idoneum vel per indicia alia que viderentur dno Cap. et eius vic. quod compelli et constringi possit ad tormentandum ad tale maleficium confitendum, dummodo si pena simplex maleficii ascendat ad decem libras supra citetur talis reus quod compareat coram ipso d. Cap. vel eius vicario per bannitum comunis quod certo termino comparat ad tale maleficium confitendum, et si comparet tormentetur vel aliter constringatur, ita quod confiteatur maleficium de quo agitur contra ipsum. Si vero in termino huiusmodi citationis ipse reus ~~fer~~ non compareat habeatur eo ipso pro confesso et convicto de huiusmodi maleficio, et condemnatione, ac si ipsum maleficium sponte confessus fuisset nullo huiusmodi confessionis beneficio obtempto. Si vero pena fuerit minor tormentari non valeat nec possit

De officio socii militis et notarii maleficiorum .5.

Item statuimus et ordinamus quod socius maleficiorum d. Cap. qui nunc est et pro tempore

ipso tempore fuerit teneatur, et debeat accusationes vel de-
nuntiationes, seu querelas exhibitas coram d. Cap.o vel Vic.o
et Inquisitiones per ipsos iniunctas de quibuscumque maleficiis
que tractantur coram illa infra tres dies post ipsam exhibitam
vel iniunctam per ordinem scribere ad quaternum. Testes vero
in huiusmodi criminalibus causis examinet, vel ad dictam recipiat
Cap.s vel Vic.s. qui ipsos testes interroget, et recipiat. Qui
testes de causa scientie interrogentur quod si factum non
fuerit non valeat dictum eorum, et eorum testimonium dictum per
ordinem scribere debeat ad quaternum antequam testis recedat
ab ipso, et huiusmodi attestationes coram ipso teste relegat cum
interrogans ipsum testem si ita dixerit ut scriptum est, et
suum dictum confirmet. Miles vero socius de sero campanam
comunis tribus vicibus per intervallum temporis pulsari fa-
ciat ut est solitum, et post ipsum tertium sonum Campane sero
quolibet per ipsam terram Cenete cum familia Capitanei
accedere teneatur rimando si aliquis cum armis vel sine
iret per ipsam terram, vel in aliqua taberna vel alia domo
essent aliqui ad taxillos ludentes vel ad aliud ludum pro-
hibitum de die vero habeat in ebdomada tribus vicibus

per ipsam terram et burgum Ceneti Castri Dispontij et Blaceam
pontis accedat ad inuandum pro armis si que prohibite por-
tarentur. Si dictus miles uel not. negligentes fuerint in
predictis uel aliquo predictorum in decem libris puniatur de
facto. Et not. actorum penes factorum et scripturarum copiam
faciat partibus ad ipsarum petitionem ut quilibet copiam assumere
possit in publicam formam uel priuatam pro quarum scriptura
contentus sit de salario eidem per Capm. promisso, et nullam
pecuniam recipiat ab aliquo Cenetano pro quacumque pub.
uel priuata scriptura ad dictam penam ultra mercedem
in statuto contentam

Qualiter processus facti in palatio uel alibi ualeant 6

Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli processus maleficiorum
qui fuerint per Capm. uel aliquem ex officialibus eius in
terra Ceneti uel eius districtu in palatio Comunis
uijs stradis domibus quibuscumque et ubicumque locorum quo aliquis
de dictis officialibus accederet seu staret pro aliquo malle-
ficio perquirendo uel iuramenta aliquorum testium recipiendo
super quibuscumque processibus factis uel faciendis, uel alia

quecumque

quecumque acta valeant, et teneant ac si in Palatio Comunis
et coram Cap.o vel Iudice ad bancum Iuris pro tribunali
sedente facta essent. Et quilibet locus in terra Cenete
et eius districtus sit Iuridicus et tribunal. Et quilibet offi-
cialis D. Cap.i sit ordinarius Iudex in processibus male-
ficiorum tum tamen aliquis ex dictis officialibus preter
Cap.m et Iudicem absolvere et condemnare non possit. Sed Cap.s
seu Iudex Comunis Cenete sententias proferre debeant
in consilio populi dicte terre secundum formam S. Cois.

De modo procedendi de similibus ad similia 17

Item statuimus et ordinamus quod super omnibus et singulis maleficiis
indefinitis, et non positis pertinentibus Comunis Cenete
Cap.s et Vicarius dicti Cois possint, et debeant in
inveniendo probando, et condemnando vel absolvendo
procedere de similibus ad similia ad modum et instar
aliorum maleficiorum contentorum in presenti statuto si simile
inveniri poterit. Sin autem simile inveniri non poterit
tunc stetur declarationi D. Capitanei et eius Iudicis
et Confalonerij et Priorum

De maleficiys comissis de nocte uel de die in loco absconso et qualiter intelligatur locus absconsus 8

Statuimus et ordinamus quod quando aliquod mallefitium comitetur ubicumque de nocte uel de die in loco absconso cuius malefitij pena ascenderet ultra centum soldos et ale malefitium probari possit per quinque testes de publica fama non attinentes iniuriato per lineam consanguinitatis uel affinitatis usque in tertium gradum secundum ius Canonicum uel odiosos ipsius accusati uel inquisiti contra quem de ipso malefitio procederetur, que probatio pro legitima habeatur qualitercumque procederetur contra malefactorem Et quotienscumque aliquis fuerit accusatus denunciatus uel inquisitus de aliquo malefitio comisso in loco absconso ad cognitionem ipsius loci absconsi intelligatur et presumatur locus absconsus ille in quo non commode haberi testium copia possit uel cum locus ille talis est quod per ipsum raro homines ire solent uel ibi stare de quo stetur arbitrio duorum testium Domestorum et Juratorum uel arbitrio Domini Capitanei uel eius Judicis et Vicarij.

Tertius

Quod Capitanius nõ possit comittere aliquã cãm criminalẽ — 9

Jd statuimus et ordinamus quod Capitaneus Comunis Ceneti qui protempore fuerit uel alius quicunque officialis non possit neque debeat aliquam questionem criminalem committere alicui sapienti consulendam subpena XXV lib. de suo salario, sed ipse Capitaneus ipsam causam debeat decidere et finire et sine debito terminare per sententiam condemnatoriam uel absolutoriam ut uidebitur fore iustum

De confinibus dandis pro maleficijs inspris — X

Jd statuimus et ordinamus quod Capitaneus uel alius officialis Comunis Ceneti non possit aliquem confinare occasione alicuius uerbi iniuriosi uel alicuius maleficij sine sanguinis effusione possit tamen illos qui rixam inciperent in consilio uel arengha confinare per decem miliaria longe a districtu dicti Ceneti ibidem moraturos per unum mense uel minus secundum suum arbitrium in ipsa qualitate et temporis dummodo in ipsa rixa secuta fuerit debita persone, et temporis dummodo ... aliqua percussio uel gentes traxerint ad rumorem cum armis

Si vero aliquid predictorum in dicta villa non sequeretur, tunc
et morentur per decem dies et non plus; pro robaria vero
violentia mulierum et incendio possit, et debeat delinquentes
confinare per CC miliaria longe à districtu Ceneti uno
anno moraturos ibidem. Item dicimus quod si aliquis cui
mandatum fuerit quod vadat ad aliquos confines et non
fuerit ad ipsos confines prout sibi mandatum fuerit
per Cap.^m vel Judicem dicti Comunis, tunc Cap.s vel
Judex talem inobedientem pro talibus confinibus condem-
nare possit usque in quantitatem L. lib. secundum quali-
tatem inobedientis, et condemnatione persone. Volentes
quod vigore presentis Statuti tempore pacis confines impositos
pro huiusmodi maleficijs commissis contra aliquem si pax esset
facta seu fieret inter iniuriantes, et iniuriatos confinati
huiusmodi redire possint etiam ante terminum. Insuper volu-
mus quod quando aliquae partes gerentes ~~in inimicitiam~~
inimicantium viderentur parere velle parentes ad bellum
in terra Ceneti vel eius districtu. Cap.s vel Judex si ei
videbitur pro meliori statu Comunis possit ipsos partes
confinare per districtum Ceneti vel extra suo arbitrio et per
ipsis confinibus

ipsis Consulibus servandis penas et bannimenta impo-
nere et auferre dicta sui arbitrij voluntate

Quod Capitaneus non possit cogere Testes ultra decē dies protesti-
monijs ferendis xi.

Item statuimus et ordinamus quod Cap.s vel alius officialis Co(mun)is
Comitis non possit nec debeat cogere aliquem in aliquos
testes pro aliquibus testimonijs ferendis ultra decem
dies preter quam pro maleficijs gravibus quibus pena
de Iure Comuni vel forma statutorum esset corporaliter
in quilibet possit cogere ~~mulierem~~ ad tempus maius
ut sibi videbitur et quod nulla possit invita cogere
mulierem testimonium ferre pro aliquo maleficio cuius
pena esset minor decem librarum, et quod nulla persona
masculus vel femina possit neque debeat de nocte
cogere in palatio pro aliquo testimonio ferendo super
aliquo maleficio cuius pena esse minor xxv. lib.
nec etiam pro malleficio quo cuius mulierem possit nec debeat
de nocte cogere pena xxv. lib. de suo salario pro
qualibet vice et quolibet teste.

Quod Cap. non possit procedere inter infraptos coniunctos. 12

Item statuimus et ordinamus quod Cap.s vel aliquis officialis Communis Cenete non possit procedere per denuntiationem de aliquo maleficio commisso vel committendo inter aliquos familiares simul habitantes in eadem domo ad unum panem et unum vinum, sine sanguinis effusione, sed per querelam factam vel faciendam ab illa propria persona, que iniuriam recepisset et nisi de maleficijs per aliquem illarum patri vel matri suo vel avie in quibus procedi possit ad condemnationem corporalem et non pecuniariam sicut de patris vel matris avi vel avie percussionis volunctare. Volumus insuper quod quicumque per correctionem aliquam iniuriam fecerit suo filio vel nepoti vel suo fratri carnali vel filio fratris minori sive magister discipulo sine sanguinis effusione non teneatur ad penam, nisi fuerit per iniuriam accusatam

Quod Cap. in malefitiis commissis inter coniunctos possit mitigare penas 13.

Item statuimus, et ordinamus quod de maleficijs que committerentur inter familiares domesticos vel consanguineos vel affines in primo vel in secundo gradu secundum ius Canonicum computandum

Cap.s qui

Capitaneus qui pro tempore fuerit possit minuere et mitigare penas impositas per statutum Comunis. Certe[?] vel aliquod ipsorum usque ad mediam penam et non ultra consi- derata condicione personarum, et qualitate maleficiorum et hoc locum habeat quando dicti familiares consanguinei vel affines inter quos fuisset offensa concessa pace inuicem fuerint. Proviso quod predicta locum non habeat in homicidio vel alio maleficio [...] quo aliquod membrum debilitaretur vel signum in facie remanent perpetuo [...]uratum enorme, nec habeat locum in illis malefacto- ribus qui pro ipsis maleficiis pacem ac penas soluere recusant in non comparendo

Quod puberes tam masculique feminae ad testim.ᵐ admictantur 14

Item statuimus et ordinamus quod super omnibus et singulis malefi- ciorum causis et questibus criminalibus omnes et singuli pubertes, tam masculi quam femine ad testimonium admi- ttantur et eorum testificatio valeat et teneat pleno iure et eorum legitimum habeantur non obstante aliqua iure communi lege vel canone eo de etate testium [...] pubes vel impubes

stetur permanenti[?] d. Capitanei vel eius vicarij que pronuntiatio quo ad predicta plene sufficiat

De procuratoribus absentium Cap.o seu 15

Item statuimus et ordinamus quod quilibet procurator absentis in casu absentie possit in criminalibus causis litem contestare pro[?] nomine illius cuius esset procurator et de calumnia, et veritate dicen. da iurare si ad predicta constitutus est, et omnia et singula facere que in eius precurio[?] continentur teneatur tamen procurator absentis causam absentie probare per suum iuramentum in anima sua illius cuius est procurator absentem a terra Coneri[?] et eius districtus non maliciose et absentem fuisse ante cita tionem de ipso factam pro ipsa causa aliter vero non admittatur sed facta ipsa probatione recipiatur procurator ad respondendum inquisitioni vel accuse[?] cum iuramento et fideiussione et alijs solemnitatibus que requiruntur et forma statu torum Comunis Coneri aliter vero procurator in criminali causa non admittatur. Et si maleficium plene non proba retur sed semiplene vel per indicia legitima et ex unius testis de visu vel plurium de fama publica vel per alia indicia

indicia legitima iterato citetur reus et procedatur contra eum et si talis accusatus vel inquisitus non venerit per se ipse vel per procuratorem ad confitendum tale delictum de quo procedetur, et habentur indicia exbanniatur, et tanquam contumax condemnetur. Et in hoc casu dictus procurator qui se excusaverit proprio nomine ipsius absentis et eius fideiussores per eum dati cogantur, et teneantur solvere in solidum condemnationem inde sequutam aliquo non obstante procurator vero suo nomine proprio ad solvendum non compellatur sed principalis et eius fideiussor uno tamen solvente ceteri liberentur

Quod Cap.s et not.s malefitiorum teneantur statim facta executione dare copiam inquisito vel accusato 15

Item statuimus et ordinamus quod Cap.s terre Correnis et eius vicarius et eius not.s malefitiorum teneantur et debeant pena decem librarum den. pro quolibet de suo salario statim recepta excusatione ab aliquo vel aliquibus super aliqua inquisitione vel accusatione dare et facere copiam ipsius inquisitionis et accusationis ipsi inquisito vel accusato

petenti uel eius proci pro eo sine aliqua mora eam in publicam formam si petitam fuerit et ipsi copie autho-ritatem interponere. possit autem not. si uoluerit copiam recipere pro suo labore ad rationem unius amonetani pro quolibet folio seu carta

Q minores et filij familias possint stare in iudicio 17

Jtem statuimus et ordinamus quod quotiens et quandocumque contra aliquem uel aliquos filios familias uel minores xxv annis et minore xiiij anni doli capaces contingerit procedi per aliquem officialem comunis Cesene occatione alicuius delicti uel malefitij quod talis processus qui fierent contra ipsos uel aliquem ipsorum ualeant et teneant, ac si contra legiptimas personas facti essent. Dicimus tamen quod in malefitijs ab aliquo minore quatuordecim annis uel ab aliqua muliere minore duodecim annis comissis uel eius officialis qui cognoscet possit minuere et mitigare penam secundum qualitatem delicti et personarum condi-tionem secundum suae uoluntatis et discretionis arbitrium. dicimus etiam eodem modo quod accusationes factae et fiende per aliquem

per aliquem filium familias vel minorem valeant et teneant, ac si per legitimas personas facte essent

De executione fienda contra condemnatos 18

~~Statuimus et ordinamus quod quandocumque contra aliquem vel aliquos filios familias vel minores xxv annis et minores~~

Statuimus et ordinamus quod camerarius, Regentes Comunis et officiales qui pro tempore fuerint teneantur et debeant omnes et singulas condemnationes, et exbannimenta tam civilia, quam criminalia, et omnes, et singulas penas et promissiones per aliquem, seu aliquos alicui stipulanti et recipienti vice, et nominis Comunis post quam in penam incidentur, et contra omnes et singulos fideiussores et promissores, et quoscumque debitores dicti Comunis exigere, et exigi et in Cameram Comunis applicare omni modo et forma quibus melius poterunt in personis et rebus sub pena xxv librarum pro quolibet, et qualibet condemnatione non cassata, et hoc teneantur facere, et executioni mandare sine aliquo alio processu de novo fiendo. Salvo quod

si aliquis fecerit aliquam compositionem cum dicto Comuni
vel eius sindico adeo specialiter constituto, et habeat de
ipsa compositione instrumentum legitime factum ipsa compo-
sitio sibi valeat, et habeat plenum robur, et nihil ab
eo exigi possit de hijs de quibus appareat extra esse
compositum et dictas executiones teneantur facere de omnibus
et singulis condemnationibus, et exbanimentis, et promis-
sionibus factis tempore sui precessoris imediate precedentis
infra unum mensem a die inceptis sui offitij, et omnes et singu-
las condemnationes factas tempore sui offitij exequi
teneatur infra unum mensem a die exbannimenti seu con-
demnationis, et infra tres menses exigere, et exequi teneatur
omnes, et singulas condemnationes, et exbannimenta, et penas
debitas ipsi comuni per quascumque personas, et quacumque de
causa que debuntur, et assignabuntur ipsis officialibus
vel alicui ipsorum inveniendum vel sine consiliis per Consilium
et Priores prout melius fieri potent secundum Ius, et ra-
tionem rationis, et si contingerit quod ipsi condemnati vel
exbanniti inveniri non potuerint vel non possint fiat

per ipsos

per ipsos officiales diligens inquisitio de bonis ipsorum in
qualibet guayta a quatuor hominibus ad minus pro qualibet
guayta fide dignis per Confalonarium, et Priores eligendis
et si aliqua bona mobilia dictorum condemnatorum reperi-
rentur uendantur, et pretium Comuni applicetur. Si uero
bona ipsorum mobilia non reperirentur immobilia ipsorum ea
per sindicum Comunis ad hoc specialiter deputatum uenis
dantur, et si pro iusto pretio uendi non poterant concedantur
per ipsum sindicum ad laborerium quibuscunque uolentibus la-
borare et restituere partem Comuni secundum consuetudi-
nem loci et contrade predicte quicquid uenerit de fru-
in Comuni dictis condemnationibus dictorum debitis
et condemnationibus minuatur et computetur, et que
dari non possit ad laborerium custodiantur predicto Co-
per certos guardanios precipue eligendos et omni
modo quo melius poterit custodiri. Et quicquid
damnum dederit uel passuluerit in eis bannum
soluat sicut damnum dederit in bonis specialium

personam et de omnibus bonis dicti Comunis fiat quoddam registrum

in carta pecudina, et cum alijs scripturis comunis diligenter

teneatur. dicimus et quod si quis promiserit sicut saepe fit

super aliquo maleficio obedire praeceptum d. Capitanei vel

alicuius officialis et se repraesentare, et condemnationem solvere

et si non repraesentaverit possit contra eum procedi et suos

fideiussores modo predicto dummodo pena promissa non

possit excedere penam statuti loquentis de ipso maleficio

et Cap. et quilibet officialis possit et debeat facere

omnes executiones predictas contra omnes et singulos condemna-

tos et exbannitos promissores et fideiussores non obstante

aliqua venditione donatione alienatione vel Iuris cessione

vel aliqua alia obligatione facta per talem vel tales contra

quem vel quos deberet fieri executio ante comissum ma-

leficium seu factam promissionem per sex menses immediate

precedentes. Quae venditio donatio alienatio Iuris cessio

et obligatio intelligantur et praesumatur fore factam per

operam vel fraudem vel dolose vel animo et intentione

maleficium comittendi de conscientia illius cui facta esset

venditio donatio, alienatio, et Iuris cessio de qua opera

seu dolo

seu dolo et fraude, et de conscientia ementis vel aliquo ti-
tulo recipientis sufficiat probatio quatuor testium de fama
publica. Que probatio in predictis habeatur pro plena pro-
batione; et si alienator rem a se alienatam post ipsam aliena-
tionem tempore commissi maleficij possideret ipsa alienatio
presumatur facta per operam et in fraudem, ita quod executio
in dicta re nullatenus impediatur. Et cap. et quilibet offi-
cialis possit et debeat in predictis casibus in modo Jura-
menti et penarum ut tit. de offitijs facere diligentem in-
quisitionem. Adicientes et declarantes quod bona ma-
lefactorum et commissorum pro pena maleficij ipso facto
sint obligata dicto Comuni predictis obligationi-
bus non obstantibus et ipsi officiales possint et
debeant ipsa bona capere alienare et alienari
facere pro pena maleficij ad voluntatem ipsorum
sicut dominus rei sue facere posset et posset lege
vel canone non obstante. Et si contingeret aliquem
vel aliquos velle defendere aliquam rem vel res
mobiles vel immobiles que dicerentur alicuius exban-
niti vel condemnati, vel alio modo obligata eide

debitores Comunis ab aliqua exactione seu deguastatione
contrafieret contra ipsum exbannitum vel condemnatum seu
alio modo obligatum de bannis dicti Comunis, et pro ipsa
defensione vel ostensione sui Juris produceret aliquod
instrumentum, seu instrumenta seu alias probationes
de exceptione vel obligatione vel quocumque alio vinculo
acceptione Cap.s et quilibet alius officialis cui dicta
exactio pertinent teneantur et debeant pena et sub.
diligenter inquirere ab omnibus et singulis notarijs de dicta
Comuni et eius districtu quos habere poterunt et ab alijs qui
quaternos alicuius notarij conservaret et amicis illius qui
talem defenderet, et illius cuius interesse, veris si de
dictis instrumentis vel alijs probationibus que ostenderentur
pro defensione dictam rem tenere pertineat vel
opponerentur, vel invenirent in eorum quaternis aliquam
quietationem vel remissionem vel pactionem qualemcumque de
non petendo vel venditionem vel aliquam aliam rationem
inde factam perquam posset obici vel opponi seu capi
de Jure quod talis defendens non posset nec deberet
ipsam rem

ipsa rem seu res defendere. Et si reperiretur aliqua ven
ditio seu quietatio vel aliud contractus celebratus per ipsum
defendentem vel alium pro se seu eius pro quo contra ipsi
defendenti toleraretur ex iure per que res vel rem
predictam defendere conabatur tunc dictus defendens
rem defendere volens tanquam dolosus et iniquus per Capitaneum
Comunis Tercii in xxv lib. condemnetur. Quilibet
guardianus Comunis Tercii qui pro tempore fuerit
ad iudicandum Capitaneo Comunis Tercii teneatur et de
beat vinculo iuramenti diligenter inquirere si
Capitaneus ipse predicta diligenter observaverit
vel non et de omissis condemnare eum secundum formam
statutorum et ipsis condemnationibus latis per ipsum offi
cialem infra ultimum mensem sui officii ad quas et ...
tiones non astringatur ad penam. Et ordo et singula que
dictus Capitaneus et quilibet officialis exigerit et exigere
poterit stando assignari et dari faciat Camerarius dicti
Comunis et sint in introitibus ipsius nec aliquid
possit deponi vel per aliquod aliud servari de avere

dicti Comunis nisi per Camerarium predictum et capitulis
datiis quos exigere tenentur Cultores quarumcumque dua-
rum [illegible] ratione ipsius datie et ex capitulis denariis quos
contingent exigere sive solvi per quoscumque officiales dicti
Comunis [illegible] [illegible] condemnationis sententia que [illegible]
possint in [illegible] [illegible] fieri in palatio dicti Comunis
et [illegible] nec in alio loco nisi deliberatum fuerit per
consilium populi providendum utilitate dicti Comunis
et hoc statutum legatur in generali concione populi
tempore cuiuslibet [illegible]

De duplicatione penarum — 1 29

Item statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis maleficiis excessibus
vel delictis et maledictis que committerentur per aliquem
vel aliquos in aliqua ecclesia vel prope ostium cuius porte
alicuius ecclesie ad unam perticam et in palatio et ante palatium
Comunis et in tota platea mercatale [illegible] intelligatur
a porta [illegible] usque ad portam qua itur versus [illegible] [illegible]
de publica supra et usque ad portellam versus castrum et die
fori vel concionis populi vel in consilio [illegible] [illegible]
vel [illegible]

uel arengha, et in die ueneris sancti et in die Pasce re-
surrectionis et die Natiuitatis domini et die festiuitatis sancti
Nicolai patroni et defensoris dicte terre, et quod contrave-
nerit contra aliquem hominem uel personam uenientem
ad curiam dicti Comunis uel redeuntem ab ipsa curia
quomodo ipse ueniens uel rediens foret citatus uel aliud
citari fecisse pro qua citatione uenisset ad dictam curiam
ad cuius probationem sufficiat citatio uel comissio scripta
manu Notarij curie uel notarij cancellarie ciuitatis
uel alicuius officialis uel si mandatum sibi foret per ali-
quem officialem dicti Comunis de quo mandato ste-
tur et credatur assertioni ipsius officialis, et quod com-
mitterentur de nocte, et nox intelligatur a primo
sono campane Comunis que pulsatur de sero usque ad sonum campane
predicte que pulsatur de mane die sequenti, et quod comitteren-
tur in terra Ceneti uel eius districtu infra confinia dicte ultimis
officij Castricarii Comunis predicti, et quod committerentur per
aliquem de Ceneto uel eius districtu contra personam alicuius
de Ceneto uel eius districtu extra districtum terre Ceneti
pene duplicentur, et debeant duplicari. Ita quod contrafacientes

aliquod predictorum maleficiorum in duplo illorum quantitatum in qui-
bus condemnaretur secundum formam aliquorum statutorum per hoc
statutum debeat condemnari. Exceptis maleficijs in quibus credatur
sacramento accusatoris premisso quod per formam huius statuti cotagrioli
pene non possint nisi semel duplicari aliaue vero statuta in
quibus pene duplicentur nihilominus in sua permaneant firmitate

De mitigatione pœnarum — R. 20

Item statuimus et ordinamus quod quotiens aliquis accusatus denunciatus vel
inquisitus coram quocumque officiali in sua prima excusatione pure
maleficium de quo accusatus denunciatus vel inquisitus est con-
fessus fuerit coram ipso officiali quarta pars pene in qua
venerit condemnandus secundum formam statuti dicte terre
remittatur et detrahatur. Si vero talis confessus pacem habuerit
per se vel per suum procuratorem vel alium eius nomine recipientem
de dicto maleficio ab iniuriato vel eius procuratore seu patre
ipsius iniuriati in curia sic portatam et talem pacem
produxerit quandocunque ante sententiam sibi alia quarta
pars pene minuatur et relaxetur, ita quod solum in media
parte pene hoc casu tamen debeat condemnari per capita-
neum vel eius officiales. Et si quis per Capitaneum vel eius officiales

extiterit

contigerit condemnatus in quacumque quantitate contendente

secundum tenorem solutionem et ipsam quantitatem solverit in

fra decem dies a die late sententie detrahatur et remittatur

tur sibi quarta pars dicte condemnationis, seu pene in qua

contigit condemnatus, et qui non vult benedictionem prolungabitur

Statuimus et ordinamus quod si quis malefitium de quo accusatus

est, vel inquisitus vel denuntiatus negaverit in sua prima

confessione, et postea sibi probatum contigerit per testes vel

alia legitima inditia ex quibus veniret tormentandus

condemnetur in quarto plus eius quod veniret condemnan

dus ex forma statutorum non obstante quod postea confiteatur

tur vi tormentorum vel aliter. Item si quis sua condemna

tione non solverit infra decem dies ut dictum est solvat

quartum plus eius in quo condemnatus est, et in quarto

plus per officiales condemnari debeat in suis condemna

tionibus tempore quo sententie feruntur, et ex eo quod

non condemnaretur pro condemnato habeatur aucto

pena statuti

Quod nulla persona faciat uindictam in personam alterius 21

Item statuimus et ordinamus quod nullus debeat facere uendictam de aliquo maleficio in persona alterius, quam illius qui ipsum uel suum consanguineum offendiderit, nec coram ei facere per aliquem et qui contra fecerit condemnetur in duplo quantitatis quam soluere deberet si ipsum idem maleficium aliter commisisse quam per uendictam, et tale maleficium probari possit per quinque testes idoneos de fama publica non actinentes offensio facta fuerit per uindictam huiusmodi. et idem dicimus de qualibet uendicta que fieret in exercitu dicti Comunis per aliquem.

De pena blasfemantis Deum et sanctos 22

Cum ex blasfemijs Deus multotiens irascitur contra populum christianum mittendo grandines et pluuias immensas et guerras penurias et mortalitates propter superbiam hominum et eorum male gestis dictis et factis. Idcirco ad obuiandum eorum nequitijs statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscumque conditionis existat audeat uel presumat blasfemare omnipotentem Deum uel beatam Virginem Mariam uel nominare iurare per annum uel uuluam alicuius ipsorum uel similia uerba dicere. Si quis autem contra fecerit puniatur pro qualibet uice et

uice et qualibet uerbo, seu blasfemia in quindecim lib[ris]
contra. Si uero uerba predicta uel blasfemia quis di-
xerit contra aliud sanctum uel sanctam in centum sol[idis] cor-
ruentibus puniatur. Si quis autem incautus furore permoven-
te et figuram omnipotentis uel beate Virginis manu uel
pede percusserit uel alio instro uel in ipsa spuerit
uel aliquam bruttuam proiecerit in uigintiquinque libris
den[ariorum] puniatur uice qualibet qua contrafecerit. quam
penam si non soluerit infra decem dies carceribus claudatur
ubi permanere debeat donec quo ipsam condemnationem
soluerit ultra penam predictam. Et si contra figuram aliorum
sanctorum predicta commiserit in quindecim libris puniatur
et quicumque iurauerit per corpus uel sanguinem uel per
uiscera uel aliud membrum uel interiora dei sanctorum
uel sanctarum puniatur in quinque solidis uice qualibet de
facto in ipsis inveniendis et in predictis blasfemijs et
iuramentis sufficiat probatio unius testis de auditu
proprio, et in predicta uel aliquod predictorum dicta
fuerint in presentia officialis duplicentur siue plura
pene et sufficiat quod officialis dicat asserat uel referat
se audiuisse. Et qualibet de predictis sit tenens accusator

et habeat terciam partem banni et teneantur in credenciam
et Cap.s nihilo dependeri quolibet tempore inquirere teneatur

De pena iniuriantium Cap.m Vic.m defensorem. — 123

Item statuimus et ordinamus quod quicumque fuerit tante audacie vel temeritatis quod verbo vel facto iniuriaretur, vel iniuriari faciant vel dicant contra Capitaneum Vicarium Cancellarium vel aliquem officialem presentem durante eorum officio et eo tempore adveniens et per quinque dies ante introitum eorum officij in terra Teneti et tempore quo steterint ad sindicatum et eorum reddituum de qualibet iniuria contra ipsos vel aliquem eorum facta seu dicta fuerit per aliquem vel alios puniantur tales delinquentes et quolibet ipsorum condemnetur in triplum quam si contra aliam personam fecisset iniuriam vel dixisset que triplicatio non intelligatur per aliquam aliam duplicatam nec e converso. Et si contra aliquem de familia dictorum officialium vel alicuius ipsorum facta vel dicta fuerit iniuria puniatur faciens vel dicens in duplo quam si contra aliam personam dicetero dixisset vel fecisset, de quibus maleficiis et quolibet ipsorum si fuisset commissa contra Cap.m vel eius officiales vel familiares tunc defensor et Canc. dicti communis sit cognitor et iudex ordinarius. Et Cap.s de iniuria sibi illata vel

suis officialibus

suis officialibus vel familiaribus non cognoscat. Et e converso si
fuerit commissa contra defensorem vel eius familiam super Cap(itul)o
sit cognitor. Dicimus et quod de eo quod committeretur per aliquem
de familia dicti Capitanei contra aliquem comitatinum vel
forensem cognitio vel punitio spectet ad defensorem cuius male
ficij secundum formam statutorum contra eos et quilibet ipsorum
ipse defensor possit per accusam denuntiam et inquisitionem
procedere punire et condemnare secundum formam statutorum
Communis Senensis de ipso maleficio loquentium, et in predictis
et in quolibet alio processu, et condemnatione fienda per
ipsum defensorem habeat dictus defensor iurisdictionem et arbitrium
procedendi, et procedere et condemnare possit sicut Cap(itaneus) facere possit
in his videlicet que ipsi Cap(itane)o pertinere possunt notum secundum
formam statutorum et Cap(itu)li. Et quilibet officialis pro sua fami
lia teneatur in omnibus civilibus et criminalibus et similiter
et criminaliter respondere et facere satisfieri Cap(itane)o aliquo
non obstante.

De pena iniuriantium vel offendentium Cons.m Priores et eorum famulos servientes, in palatio vel baiulum — 24

Item statuimus, et ordinamus quod quicumque offenderet dicto vel facto Cons.m

uel aliquo ex prioribus populi durante eorum officio pena tripli-
cetur et condemnetur in triplo eius quantitate qua condemna-
retur si aliam personam offendisset. salvo quod si dicens Conf.
uel aliquis de dictis Prioribus inciperet aliquam rixam uel
committeret aliquod maleficium uel aliquam offensionem faceret
contra aliquam personam priusquam ipsa persona offenderet
ipsum et hoc non faciat ipse Conf. uel Prior ad comodum
uel defensionem honoris et status dicti Comunis et populi
dicte terre Cenete et postmodum ipse offensus offenderet
ipsum officialem primo offendentem in eadem rixa uel eadem
in eadem die tunc illi offendenti confalonerium et Priores
depredicti qui primo dictam offensionem fecisset pena
minime triplicetur nisi tamquam alium offendisset. et si
unus ex dictis officialibus alium offendisset ex ipsis durante
officio ipsius offendentis pena triplicetur. Item duplicetur
pena offendentis modo predicto familiarem confalonerij
et Priorum qui secum staret in officio exercendo offendenti
famulum defensoris et offendenti et baiulum Comunis
guardiarum et preconem dum iret preconizando per terram uel aliud
officium sibi commissum exerceret

De pena dicentis

De pena dicentis uel arrengantis con sancta Romana ecclia et pacificu statu tre cerreti

Statuimus et ordinamus quod non sit aliquis tante audacie uel temeritas qui quomodolibet aliquid arengare presumat dicto uel facto contra honorem et statum sacro s(anct)e Romane Ecclesie domini n(ost)ri Pape et eorum fratrum Cardinalium ... R(everendissi)mi in Xpo patris et d(omi)ni d(omi)ni ... sancti ... presbiteri Cardinalis in Provinciis Patrimonii beati Petri in Tuscia ... ducatus pro ecclia et d(omi)no n(ost)ro Papa in temporalibus vicarii generalis et cuiuscumque Rectoris ... ducatus pro ipsa ecclia et contra presentem pacificum et tranquillum statum terre Cerreti, et nullus de ... proponere arengare et uel consulere in aliqua arengha consilio parlamento seu terra publice uel oculte nec in aliquo alio loco publico uel privato ubi adessent decem homines uel plures quod pro dicta terra Cerreti tractabatur de rebus uel dominio seu protectione sancte Matris ecclie et dominorum antedictorum et quod p(er) ... pacificus et tranquillus status dicte terre perverteretur conrumperetur seu diminuatur ita quod ad alium statum devenire posset. Siquis autem in predictis uel aliquo predictorum contra

contrafecerint pena capitis puniatur et publicatione et confiscatione omnium bonorum Comuni predicto applicandorum, nec quod in dicta terra Cenedae aliqua Civitas comunitas terra baro vel dominus vel aliqua singularis persona habeat vel habere possit aliquam preheminentiam titulum maioritatem dominium vel Jurisdictionem vel pro eis vel altero eorum aliquid tributandum dentur vel fiat sub pena predicta. Et ipsius Domini Cap.li terrae Cenedae et eius Vicarius potestatem habeant inquirendi investigandi puniendi et condemnandi quibuscunque modis eis videbitur summarie et de facto sine strepitu et figura Judicii

De pœna contendentis con. pntem pacificu statu

26

Item statuimus et ordinamus quod nullus presumat per plateas stratas vel alibi per terram Cenedae vel eius districtus contendere vel depravare denigrare, vel murmurare palam, vel occulte contra presentem pacificum statum nec contra patriam suam nec contra ordinamenta fienda per consilium vel arengham nec contra alia ordinamenta quod predictorum nec dicere quod statuta condita vel ordinamenta fienda non valeant vel sint contra ius et Justitiam vel similia

verba

verba pena decem librarum in quibus de facto puniatur per Cap.[m]
vel eius vicarium, qui de predictis inquirere debeat et contra=
facientes punire et condemnare secundum formam dicti statuti

De pena comictentis simoniam 27

Item statuimus et ordinamus quod si Confalonerius vel Priores vel aliquis ipsorum
aliquid reciperet manualiter vel sub promissione verborum, vel
quovis colore ab aliquo qui per se vel pro alio qui
haberet aliquid facere in Comuni pro eius iuvamine
vel pro Cap.o vel pro aliquo alio officiali dicti
Comunis faciendo seu eligendo vel pro aliqua reformatione
vel re aliqua in Co.i Cesene fieri facienda talis
recipiens simoniam committere ab omni officio dicti
Comunis perpetuo sit privatus, et nihilominus in vigintiquinque
libris condemnetur et condemnari debeat ut pena ipsius
sit, et transeat in exemplum aliorum, et multorum. Item
dicimus quod eodem modo et forma qui talem rem et simo-
niam dederint vel promiserint tractaverint seu procuraverint
vel corruptelam dicti officij machinaverint vel seu pecuniam
aliquam dederint vel interim alicui per se vel per alium

supradictis de causis, uel aliqua earum saluo quod ille qui dederit
comprehensam seu testimonium dederit uel promiserit prius
denuntiatus uel accusatus fuerat ab aliquo comparuerit coram
Cap(itane)o, et sua culpa in talibus per Cap(itane)um inuenta et manifesta-
uerit, et denuntiauerit illud cui dederit uel promiserit ad
penam minime teneatur, et ille qui recepit cogatur restitu-
ere omnia id et totum quod receperit uel quietare quod sibi
promissum fuerit illi, uel illis personis qui dederint uel pro-
miserint eidem et nihilominus conuincatur, et puniatur in penis predictis
et hoc statutum legatur in generali concione populi

De pena frangentis uel frangi facientis pacē —— 1 28

Item statuimus et ordinamus quod cum pax domini superet omnem sensum quod
quicumque fregerit seu frangi fecerit aliquam pacem factam
uel faciendam de aliquo homicidio uel alteri maleficio
de quo defactatum seu debilitatum fuerit aliquod membrum
uel os fractum seu signum aliquod in uultu soluat pro banno
Comuni ultra penam maleficij quod commiserit pace frangendo
Centum libras et nihilominus soluat penam stabilitam et conuentam
in instrumento pacis, et intelligatur pax rupta si occiderit uel
percusserit cum armis cum sanguinis effusione uel fractura ossis
sine pace

Si vero pax huiusmodi facta esset vel fieret de aliquo malefi-
cio lesionis sive cum cautione instrumenti sive non, solvat
pro banno Comuni CC lib. ultra penam maleficii quod
committeretur pace frangenda et nihilominus solvat penam in instru-
mento pacis contentam. Et quicumque offenderet aliquem post pacem
factam inter eos incontinenti presumantur pacem fregisse et
predicta talis offensa probetur et probari possit per
quinque testes idoneos de fama publica non attinentes
iniuriato usque in tertium gradum secundum ius canonicum
nec sint inimici malevoli vel odiosi iniuriantis habita
alio aliquo et adminiculo alicuius iudicii. Et si malefactor
in primo tam huiusmodi capi possit et dictum bannum non solverit
infra decem dies post latam sententiam contra eum et in forciam
Comunis pervenerit mittatur in carceribus et inde non valeat
exire donec satisfecerit comuni, et parti. Et nihilominus talis
malefactor puniatur de offensa secundum formam statu-
ti loquentis de ipso maleficio. Dicimus insuper quod si
aliqui promisserint vel in futurum promitterent pro aliquo
vel aliquibus super aliqua pace aliquem facere consentire
ad ipsam pacem, et se obligare ad ipsam pacem tenendam et obser-
vandam et ille, vel illi pro quo vel quibus promissum fuerit

ut dictum est frangerent vel fracti fuerent dicta pace tunc promissores huiusmodi teneantur ad penam predictam, nisi prout illi pro quibus facta esset dicta promissio pacis ratificassent vel illi paci assensissent in termino quod ipsi pro quibus promissum est ad penas predictas soluendas rationabiliter tenerentur. In quo casu non promissores sed ipsi tantum malefactores debeant condemnari et hoc capitaliter sit preci(s)um

De pena opponentis se bayulo 29

Item statuimus et ordinamus quod quicumque parauerit seu opposuerit se alicui Baiulo iuxta mandatum alicuius officialis Comunis alicui pro aliqua imbasciata aut pignus ipsi Baiulo ... pro ... dare contradixerit et accipere non promiserit soluat pro banno Comuni ... vice qualibet et in omnibus et singulis stetur, et credatur relationi ipsius baiuli cum iuramento ab eo prestando, et Capitaneus et quilibet officialis de facto sine aliqua condemnatione faciat talia banna mitti in cepum comunis

De pena dicentis alicui uerbum iniuriosum 30

Item statuimus et ordinamus quod quicumque dixerit alicui verbum iniuriosum de infrascriptis videlicet homicida rangifletus falsarius proditor

proditor, fur latro et hijs similia pro quolibet verbo et qua-
libet vice in decem libris condemnetur. Si vero alicui
quis improperauerit mortem violentam alicuius sui consanguinei
vel affinis usque in tertium gradum secundum Jus canonicum
in XXV. lib. condemnetur. Si vero aliud verbum iniuriosum
minoris iniurie alicui quis dixerit puniatur pro quo-
libet verbo et qualibet vice in XX. soldis denariorum

De pena concitantium homines ad rumorem — 31

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat conci-
tare homines ad rumorem vel brigam seu rixam clamando
ad arma ad arma, seu ad alia faciendo maxime tempore
alicuius brighe vel rixe in iniuriam alicuius et qui contra
fecerit puniatur in XXV. lib. vice qualibet et quicumque
traxerit ad aliquam rixam seu rumorem vel prelium
in iniuriam alicuius seu aliquam partem in terra Ceneti
vel eius districtu pena C. lib. vice qualibet condem-
netur. Et quicumque de Ceneto vel eius districtu traxerit
vel accurrerit ad aliquam rixam seu bellum vel prelium
quod vel que esset inter aliquos inter se rixantes in terra

liber

Ceneti vel eius districtu in iniuriam alicuius persone pu-
maturi, et condemnetur pro vice qualibet in C. lib.
nisi predicta in quolibet casu predictorum essent facta
fuerint ea exami[nan]do, defendendi vel in favore Comunis Ceneti
vel mandato alicuius officialis dicti Comunis in quibus
casibus ad penam non teneantur. Si quis autem Cenetanus
aliquos conduxerit extra districtum Ceneti contra aliquem
vel aliquos forenses talis conductor in quinquaginta lib.
condemnetur et talis conducti, et eunctes pro qualibet persona
euntium sive per se, sive per alium conductorem in XXV. lib.
per Consilium condemnetur, et cuilibet sit licitum accusare
et accusator teneatur in credentia. Et consilium teneatur de
predictis facere inquisitionem cum fuerit opportunum. Item
dicimus quod quicunque conduxerit aliquem vel aliquos
forenses contra aliquem Cenetanum in centum lib. debeat
per Consilium condemnari, et qui venerint vel conducti fuerint
in L. lib. condemnentur. Et si aliquis dictorum forensium mora-
retur in terra Ceneti vel eius districtu post prohibitionem
factam eis per aliquem officialem forensem vel per Consilium
Comunis vel per bannimentum vel aliud mandatum generale
vel speciale

uel speciali facto condemnetur in duplo dictam quantitatem

et legatur in generali concione.

De pena intromictentis aliquem forensem tempore rumoris uel brighe. 32

Item statuimus et ordinamus quod nullus tempore alicuius rumoris uel brighe uel apparatus ad brigam in terra Ceneti uel eius districtu intromictat aliquem forensem, nec in domum suam recipiat absque licentia d. Capitanei contrafaciens autem pena quingentarum libr. incurrat, et nihilominus talis forensis capiatur per Capitaneum siue dominum et haberi poterit personaliter uel pecunialiter condemnetur et puniatur arbitrio d. Capitanei et hoc non habeat locum in familiis parentalibus qui steterint ante in aliquo loco Ceneti per mensem.

De pena trahentium balestram tempore alicuius brighe 33.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque tempore alicuius brighe rixe uel rumoris traxerint uel portauerint foras domibus stradis uel alibi ubicumque dicta briga uel rixa essent uel pararentur aliqua balestra soluat comuni pro banno pro qualibet uice et qualibet balestra C. lib. Si uero balestrauerint et percusserint aliquem CC. lib. Si uero balestrauerint sine percussione in quinquaginta lib. uice qualibet condemnetur. Si uero balestrauerit in quinquaginta lib. uice qualibet condemnetur. Si uero balestra

uerit

aliquod pro qualibet vice soluat Com. ultra quinquaginta
lib. duplum illius quantitatis quam soluere deberet si
similiter percussionem fecisset cum aliquo genere armorum
ferentium que pene predicte intus terram Ceneti duppli
centur omnes

De pena proiecientium lapidem uel aliud — 34

Statuimus et ordinamus quod nullus audeat uel presumat proij
cere aliquem lapidem seu lapides in terra Ceneti uel
eius districtu contra aliquam personam, quicunque uero contrafe
cerit si fuerit extra terram Ceneti et sine percussione alicuius
in quadraginta sol. pro uice qualibet et quolibet lapide
proiecto puniatur. si uero intus terram Ceneti seu de
terra proiecit extra terram et non percussionem alicuius
condemnetur et puniatur in centum sol. pro quolibet lapide
proiecto. Et si dicti lapides proiecti fuerint de domo Domini
uel fenestra ad quemcunque locum contra aliquem officialem
uel in platea Ceneti uel ante plateam dicti Comunis uel in pla-
tea mercatalis Ceneti contra quemcunque officialem dicti
Comunis in quolibet predictorum casuum pene duplicentur

coin hmoi

et in huiusmodi casibus pene duplicate intelligantur et sint
simplices et possint duplicari et triplicari secundum formam
statutorum. Si tales excessus fierent contra illas personas
vel in illis locis aut illis temporibus et aliis modis
quibus pene duplicantur et triplicantur secundum
formam statutorum. Item vero proicientes penam quolibet
soluere teneantur. Et illud idem dicimus de quolibet
genere armorum ferrorum que in locis predictis lancearentur
vel proicerentur et de lignis grossis et palis acutis
et hiis similibus que periculosas facere possent lesiones.
Si vero baculeretur lignum in acuto seu alia
facta lignorum sicut stella tonda incisorum seu vella
tabulacium vel et urceum seu vas aliquis contra aliquem
proiceret seu hiis similia in quolibet predictorum casuum
si non percusserit soluat medietatem suprascriptam penam
si vero percusserit soluat penam contentam in aliis statutis
loquentibus de hiis percussionibus

De pena portantis arcum uel balestram tensam — 35

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat portare
arcum uel balestram tensum uel tensatam per terram Ceneti

vel plateam pontis, nec sagittare sine licentia Capitanei
et qui contrafecerit puniatur qualibet vice pro capite in x
sol. et banniatur in principio offitij Capitanei

De pena capientis aliquem per personam vel percutientis sine armis 36

Item statuimus et ordinamus quod si quis ceperit aliquem per pannos
vel per personam vel aliquem percusserit manibus vacuis a
collo infra sine effusione sanguinis condempnetur pro
qualibet vice et qualibet captione vel percussione in centum
sol. den. cortonensium. Si autem percusserit aliquem manu
vacua in vultu seu facie si in effusione sanguinis
in xxv. lib. condempnetur. Si vero cum effusione sanguinis
in xv. lib. condempnetur. Si vero in collo vel in gula
vel in capite in quolibet cum pedibus solvat medietatem
plus penam quibus deberet condempnari de facie
Si autem in alijs partibus corporis quam superius specificatum
est aliquid aliquis percusserit manibus vacuis cum effusione
sanguinis in decem lib. condempnetur. Si vero aliquis
aliam calcem dederit vel impinxerit si cum calce vel
impincta vel alio vero modo sibi fecerit in alia parte
corporis quam in capite et vultu et sanguinis exierit
et fecerit

et fuerit ipsum cadere in terra in decem libris condemnetur
Sin autem cadere non fuerit in centum soldis condemnetur
Si autem aliquis aliquem per capillos ceperit eiusdem
in terram cadere fecerit. Si sanguinis exierit de ipsa
captione scilicet cum de capite vel aliter in xxv lib.
condemnetur. Si vero de alia parte corporis sanguinis
exierit in xxv lib. condemnetur. Si vero sanguis non
exierit et in terra ceciderit in decem lib. condemnetur
Si vero cadere non fuerit in centum soldis per [illegible] condemnetur.

De pena euaginantis cultrum uel alia arma 37

Item statuimus et ordinamus quod quicumque contra aliam personam euaginarent
cultellum ensem vel spatam vel aliud genus armorum
euaginatum habentem et non admenauerit in centum soldis con-
demnetur. Si vero aliquis contra aliquem cum aliquo genere
armorum ferentem seu euaginatum admenauerit in decem
libris condemnetur. Si vero cum armis non nudis et non euagi-
natis vel cum armis ligneis sicut fustibus et similibus vel
cum lapide aliquis contra aliquem admenauerit in centum
sol. condemnetur. Si autem cum manu vel pede aliquis
contra aliquem admenauerit ad similitudinem dandi

calcem vel pugnum vel alapam in [illegible] capitaneus
condemnetur pro qualibet vice [illegible] capitulis nostris

De pena facientis aliquem insultum 38

Statuimus et ordinamus quod quicumque fecerit contra aliquem insultum
in stratis plateis et locis publicis vel alio quocumque loco
preter quam in locis inferius declaratis. Si cum armis pro-
hibitis in decem libris si sine armis centum sol. condemn.
Si quis autem contra aliquem insultum fecerit ad domum
alicuius propriam vel conductam vel ad domum in qua
tunc staret et moraretur ille vel illi contra quem
vel quos fieret talis insultus. Si cum armis prohibitis
in vigintiquinque lib. condemnetur si sine armis in quindecim
lib. condemnetur. Et si quis in huiusmodi insultibus iret ad
domum et proiecerit et lapidaverit vel balestraverit ad
ipsam domum contrastantes et manentes in ipsa domo con-
demnetur in duplo illam quantitatem in quibus condem-
naretur si in alijs locis facti essent dicti insultus. Si
vero aliquis contra aliquem fecerit insultum ad possessionem
propriam illius contra quem fieret insultus vel ad aliam
possessionem

possessionem quam ille contra quem fit insultus possideret
vel laboraret et per instrumentum publicum laboraret
vel captum concessum sibi per proprium dominum dire
rei fidem faceret. Si cum armis prohibitis in quindecim
lib. si sine armis prohibitis in decem libris condemnetur
Et dicimus quod si quis fuerit insultatus ad aliquam
domum ex premissis a pluribus personis quam sunt ipsi
insultati cum armis prohibitis sive liceat tali vel
talibus insultatis dum essent paciores insultanti
bus eodem stantes in ipsa domo et super ipsa domum
ad medium portam vel in toto claustro quod esset circa
ipsam domum defendere se, et contra prohibere lanc
iare et balestrare et alias offensas facere, stando
semper circa domum predictam vel infra dictos confines
et quod dicti insultati insultantes offenderent vel
percuterent modo predicto ad penam minime teneantur.

percutientes

De pena percutientis aliquem cum armis — 39

quicumque

Statuimus et ordinamus quod quicumque percusserit aliquem
cum armis ferreis vel aliquo ipsorum vel cum lapide

cum armis ferreis vel aliquo vel cum

101v

Si cum sanguinis effusione in collo vel gula vel a collo supra
libras

Si cum sanguinis effusione in collo vel gula vel a collo sup.to
alibi quam in vultu seu facie in septuaginta lib. condemnetur
siuero in vultu vel in facie cum turpi signo vel cicatrice
in centum quinquaginta lib. Si sine turpi signo seu cicatrice
in octuaginta lib. condemnetur. Si os uero fuerit fractum
vel membrum predictum ut supra statis aliter in centum quinquaginta
lib. condemnetur. Siuero in vultu vel facie os
fuerit fractum in ducentis lib. condemnetur. Siuero membrum
predictum fuerit ut est nasus oculus vel lingua in tantum
quod aliqua pars dictorum membrorum esse abscisa vel diuisa
a corpore vel lingua predicta totaliter, vim et loquendi
vel in parte in trecentis lib. condemnetur. Siuero a collo
infra, et a brachali supra si cum ferreis armis cum sanguinis
effusione quis percusserit aliquem in septuaginta
lib. condemnetur siuero cum alijs armis percusserit in ipsa
loca et a brachali infra cum quibuscumque armis ferreis
vel non ferreis si cum sanguinis effusione in lib. viginti
condemnetur siuero sanguinis non exiuerit si in collo vel
a collo supra in CC lib. condemnetur si a collo infra in C
lib. condemnetur. Et si cum armis ligneis ut baculis pertica et
hijs similibus

hijs similibus sine aliquo ære vel ferro aliquis ali-
quem percussisset si in vultu, facie, vel capite cum sanguinis
effusione in lib. vigintiquinque sine sanguinis in lib. X.
condemnetur si ab inde infra cum sanguinis effusione
in quindecim lib. sine sanguinis effusione in octo
lib. per Cap.num condemnetur. Sed si in aliquo loco de
pedieris a collo infra os aliquod frangeretur vel inciderr-
etur totaliter iunctura aliquis ex digitis manus perderetur
vel impediretur a suo naturali exercitio in centum quinquaginta
libris condemnetur. Et si manus vel pes vel membrum unde
vel aliquis ex testiculis perderetur vel magagnaretur in
tantum quod suum exercitium naturaliter deterioraretur
inicientis lib. condemnetur proviso quod si ex aliqua per-
cussione fieret aliqua contusio, quæ curari posset sine
incisione vel colatione sanguinis talis percussio in-
telligatur cum sanguinis effusione et quando aliquid de præs
diceretur esse in dubio vz. de ossium incisione vel fractura
vel de aliquo signo seu evidenti cicatrice vel de membris
prædictis vel debilitatis et de contusione et similibus stetur
Iudicio et pronunciationi Cap.i si Cap.us pronunciare voluerit

Si vero cap.s pronuntiare vellet stetur assertioni duorum medicorum [illegible] vel florentinorum cum iuramento prius recepto ab eis quos medicos cap.s possit vocare quos adhuc cum salario competenti solvendo per illum qui talem offensam fecisset et talis assertio sufficiat pleno iure, et si talis offendens recusaverit solvere salarium medicorum tunc cap.s teneatur condemnare ipsum offendentem ac si os esset fractum vel membrorum motus debilitatum vel perditum vel signo enormi remansurum nisi clare et licere ctar appareat

De pena comittentis homicidium 40

Item statuimus et ordinamus quod si quis homicidium dolose seu studiose fecerit vel fieri fecerit et in fortiam comunis pervenerit capite puniatur, sed si in fortiam Comunis non pervenerit citetur et exbanniatur et condemnetur in dicta pena et omnia eius bona com[m]inatur et condemnentur indicta pena et omnia eius bona con[fisc]entur vel pro Comuni conserventur vel vendantur prout Confalonerio et Prioribus una cum dom. cap.o et Consilio populi videbitur expedire. Si autem plures de uno tali homicidio culpabiles proponantur tunc cap.s vel vicarius proximiores consanguineis

consanguineos occisi accusatores et qui intervenerint coram se faciat vocari et diligenter ab eis per iuramentum inquirat de qualitate culpe cuiuslibet ipsorum contumacium sit culpabiles in faciendo ac in mandando sive fieri faciendo ac in associando vel alio auxilio seu favore prestando contra eos vel maiorem partem ipsorum eligi ex culpabilibus in faciendo unum principalem auctorem qui solus pena capitis et confiscationis puniatur, et unum alium eligi faciat per eosdem de mandantibus seu fieri facientibus si qui intervenerint: Et si dicti accusatores coniuncti mortui et consanguinei non reperiuntur vel non eligerentur, ipse Cap.s vel Vicarius dictos principales in faciendo, et fieri faciendo facta investigatione ut sibi videbitur possit eligere qui duo possint eadem ipsis penis puniri et condemnari et si plures pro eodem homicidio, et si nullus reperiretur qui faciens sive mandans, tunc unus solus ex facientibus pena que supra dicitur feriatur. Alij vero culpabiles qui pro principalibus auctoribus electi non fuerint tanquam auctores, et fautores sive in faciendo, sive in fieri faciendo culpabiles fuerint sic puniantur de auxilio et favore. Si principalis homicida

associauerit tempore homicidij et occisum percusserit vel ob-
nuerit vel impedierit que requiret defensione obstante
sua offensione vel detentione vel impedimento sicut principalis
auctor puniatur. Si uero preter homicidam associauerit siue
ter ad homicidium tempore homicidij, et non percusserit nec
cohoperatus est in ducentis florenis auri puniatur. Et si
dixit tempore associauerit et homicidam ne capiatur defen-
dere pena similem patiatur. Et qui non associauerit princi-
cipalem homicidam ad homicidium tempore homicidij sed
ipsum post homicidium defendit ita quod capi non possit aut
in domo aut in loco alio sienter occultauerit ita quod ab
officialibus vel cum familijs illum persequentibus inueniri
non possit, nec capi ducentorum florenorum auri pena puniatur
Patricidauerit et hij qui patricidam nominem seu pena aliqua
comprehenduntur sienter illud scelus perpetrantes penis
legalibus vel alijs similibus Capitanei vel vicarij arbitrio
puniantur qui uero absque aliqua culpa casu quo preuideri
non potuit nec debuit vel ad defensionem sibi permissam
vel iure permittente occidit nulla pena patiatur

qui uero homicidium

Qui vero homicidium non dolo nec licite sed culpa ali
qua et inprovise commiserit inspecta qualitate persone
et facti, et circumstantiis debitis in ducentis florenis auri puniatur.

De pena Cerretanorum offendentium forensis 41

Statuimus et ordinamus quod si quis de terra Cerreti vel eius de
strictu in persona vel rebus cum armis vel sine cum sangui
ne vel sine quomodocumque et qualitercumque aliquem forense
et non oriundum de Cerreto aut eius destrictu offenderit
condemnetur in ea pena, qua condemnaretur forensis in
terra unde est offensus nisi talis offensus habitaverit
in Cerreto per tres annos, et quod pena sit minor quam
performa statuti terre Cerreti sit ordinata accusatus
per formam statuti terre Cerreti sit ordinata accusatus
denuntiatus vel inquisitus in fa termino per las.... vel
vicarium statuendo probare possit, quod si non probaverit ipso
termino statuendo condemnetur secundum formam statuti
terre Cerreti et durante tali termino dato non currat
terminus statuti circa expeditionem processus

De pena cognoscentium carnaliter Mulieres 42

Statuimus et ordinamus quod mulierem nuptam virginem vel viduam bone fame

Virgine vel vidua

Si quis violenter rapuit seu per vim carnaliter cognoverit
aut stuprum cum puero . quis commiserit seu in peccatum sodomi-
tarum inciderit existens maior decem et octo annorum ultimo
supplicio damnetur ita quod moriatur omnino . Si quis vero
voluntate mulieris eam carnaliter cognoverit nuptam vel
viduam seu virginem seu pro virgine habitam si nupta in
ducentis libris condemnetur . Si vero virginem vel pro virgine
habitam in centum libris condemnetur et centum alias libras huiusmodi
mulieri dare compellatur summarie, et sine strepitu et figu-
ra iudicii procedentibus suis . Sed si huiusmodi cognoscens sit solutus
et virgo soluta nec invicem attineant in aliquo gradu consan-
guinitatis vel affinitatis si legitime possit contrahi matrimo-
nium inter ipsos et de voluntate ipsorum matrimonium contrahatur
ante latam sententiam absolvatur . Si vero invicem attinerent in
aliquo gradu consanguinitatis in primo vel secundo gradu
secundum ius canonicum numerando condemnetur talis cogno-
scens in ducentis libris . Si vero invicem attinerent in tertio
vel quarto gradu consanguinitatis condemnetur talis cognoscens
in centum quinquaginta libris . Si vero fuerit vidua dicimus
idem quod de virgine nisi quod pena medietur in omnibus casibus predictis.

Si vero talis

Si vero talis mulier fuerit vagabunda male conditionis et fame et
Ceretana seu non nupta vel nupta eodem marito suo habitans
et carnaliter fuit cognita cognoscens in centum solidis condemne-
tur. Si qua vero mulier male conditionis et fame nupta vel Cereta-
na cum suo marito habitare nolet sed cum aliquo eam
publice retineret pro sua concubina in quinquaginta lib.
talis mulier condemnetur, quam penam si infra decem dies
non solverit post latam sententiam extra fortiam Communis per-
venerit per terram Teneri fustigetur publice et dictus
talis eam retinens condemnetur in centum libris Cor. pro
de quibus omnibus maleficijs vel delictis d. Cap. vel
eius Vicarius cognoscere non debeat nec possit nisi legitimo
accusatore interveniente ut puta ipsa mulier pater mater
maritus fratres carnales filij, et nepotes Avus Patruus Avunculus
et filij fratrum ipsius mulieris et non alij. Si quis non habens
uxorem et concubinam non nuptam retinuerit in xxv. lib.
condemnetur

· 143 ·

De pena comictentis furtu

Statuimus et ordinamus quod si quis furatus fuerit rem alicuius

ualoris usque ad xl. solidos et ab inde infra talis fur sumarie
pro tali furto de facto sine aliqua condemnatione puniatur
in xl. solidis denariorum Cam(erae) Com(unis). si uero a xl. solidis supra usque
uicentum solidos in xv. libris condemnetur. si uero a uicentum solidis
supra esset res furata ualoris uel ipsa quantitas in quinqua-
ginta libris Com(unis) condemnetur, et in quolibet casu predictorum
talis fur constringatur sumarie, et de facto restituere domino
rei extimationem talis rei duplicatam. Si autem predicte res furate
fuerint in domo uel cappanna alicuius duplicetur pena
predicta in quolibet predictorum casuum. Si quis autem furatus
fuerit noctis tempore de uinea alicuius uuas in xv. libris
condemnetur. Si autem furatus fuerit de meta uel barcone
campo uel area bladum alicuius pro quolibet uno seu
mancolino seu quarta parte cuppe grani tritici in uiginti
solidis condemnetur et ubi huiusmodi furta de blado et uuis
tempore noctis secrete fiant uolumus quod fama publica
per quatuor testes bone conditionis et fame probata habeatur
pro plena probatione et si huiusmodi fur penas predictas non sol-
uerit infra decem dies post latam sententiam. Si tempore ipsius
sententie esset in fortia dicti Comunis uel post quam uenerit

in fortia

in primo proximo furto si fuerit forensis abscindatur auri-
cula dextera, ita quod a capite separetur ipso primo per
terram Cenete publice fustigato. Si vero esset Cenetanus pro
primo furto eodemmodo fustigetur. forensis vero pro secundo
furto extrahatur oculus pro tertio furto laqueo suspendatur
ita quod moriatur. Cenetanus vero pro secundo furto fustigetur
publice et auricula abscindatur pro tertio oculus extraha-
tur pro quarto vero similiter suspendatur et ipse pene
corporales extendi censeatur sibi locum in furtis uvarum et ramorum
seu marochiorum

De eo qui comiserit robariam qualiter puniatur —— 44

Statuimus et ordinamus quod si quis infra districtum terre Cenete
die noctis commiserit robariam derobando aliquem violenter
de rebus quas portaret vel secum duceret si res derobata esset
valoris quinque solidorum et ab inde infra in quinquaginta
lib. condemnetur. Si vero a quinque sol. supra usque in cl.
sol. in centum lib. condemnetur si vero cl. sol. supra usque
in centum sol. in ducentis lib. condemnetur si vero a centum
sol. supra in trecentis lib. quas penas si talis robator
non solverit infra decem dies a die late sententie cum

forma comunis fuerit vel venerit et condemnatio esset a L.rum citra supra furchis laqueo suspendatur ita quod moriatur. Si vero condemnatio esset in libris quinquaginta vel infra et non solverit infra dictum terminum decem dierum per penam tenetur publice fustigetur et avunicula dextera abscidatur. Si vero huiusmodi robaria committeretur alia die quam die martis que est dies fori condemnetur huiusmodi derobator in medietate dictarum penarum secundum distinctionem et conditionem predictarum. Et in omni casu derobatores res derobatas emendent in duplum et nihilominus si non solverint penas corporales incurrant ut superius est expressum

De pena comictentis aliquam falsitatem 45

Item statuimus et ordinamus quod si quis fecerit vel fieri fecerit in publicam formam aliquod publicum instrumentum quod reperiretur esse falsum et contra veritatem confectum pena quatricentarum librarum condemnetur et nihilominus per totam terram tenetur ducatur publice cum tre instro in capite apposito et mitra in capite quam si penam infra decem dies post latam sententiam non solverit penam infra decem dies post latam sententiam ... manus dextera amputatur cum forma comunis pervenerit sibi manus dextera ... et ille ad cuius petitionem scribetur ... ita quod capite reperitur et ille ad cuius petitionem scribetur si ... quam penam si non solverit mili pena puniatur et condemnetur. quam penam si non solverit

infra decem

infra decem dies condemnationis cum fortiam comunis fuerit vel
pervenerit ipsius lingua amputetur vel extrapetur, ita
et taliter quod sit inabilis ad loquendum sine de cetero
loqui non valeat. Si quis vero in statutis cartis aut
et alijs instrumentis dicti comunis sensserit abraserit
vel cancellaverit inciserit vel deguastaverit vel
aliter feratus fuerit seu aliquam cartam comunis eraserit
pena ducentarum librarum condemnetur quam penam si non solverit
infra decem dies condemnationis et manus dextera a corpore separe-
tur et amputetur. Testis vero qui falsum et dolosum testimonium
in preiudicium alicuius perhibuerit in Iudicio coram Curia
dicti Comunis civiliter vel criminaliter invenietur et
pena centum librarum condemnetur quam penam si non solverit in-
fra decem dies condemnationis cum fortiam comunis pervenerit
lingua de ore radicitus incidatur ita quod loqui non
possit de cetero. Si vero quis mutaverit nomen et impo-
suerit sibi nomen alterius simulatum aliquid faciendum
rogatione notarij subscribendo nomen alterius pena ducentarum
librarum condemnetur. Si autem aliter mutaverit sibi nomen
centum librarum condemnetur.

imponendo sibi nomen alterius in preiudicium talis cuius nomen
assumpserit pena viginti quinque librarum condemnetur et in totum
et dampnum quod talis cuius nomen imposuerit substinerit occa-
sione predicta eidem restituere teneatur in duplum

De pena retinentis aliquem in priuato carcere — R 46

Statuimus et ordinamus quod siquis in terra Ceneti vel eius
districtum aliquem Cenetanum vel districtualem invenerit
vel retinerit in priuato carcere invitum per vim priuando
ipsum propria libertate pena trecentarum librarum condemnetur
si vero detentus et carceratus esset persona non bone fame et
conditionis et vite talis detentus et carceratus pena centum
librarum condemnetur Excepto quod si aliquis de Ceneto
vel eius districtu in domo sua vel alterius sui convicini
inuenerit aliquem qui ipsam domum intrauerit causa furandi
vel aliquam mulierem ipsius consanguineam carnaliter cogno-
scendi aut aliud maleficium committendi ibidem valeat huiusmodi
hominem sic inventum in ipsa domo detinere et carcerare
sine pena dumtamen eadem die vel sequenti ipsum notificet offici-
alibus communis vel talem captum in fortiam predictorum officialium
reducat

de pena negantis

De pena negantis possess(ione)m alterius q(uam) recepit ad laboritiu(m) 47

Statuimus et ordinamus quod si colonus negaverit petiam terre
quam laboraverit esse illius a quo recepit ad laborandum
vel ipsius petie terre poss(essione)m invaserit sine licentia domini
ipsius terre aut bladum messuerit de ipsa petia terre extra-
xerit post protestationem sibi factam per dominum rei pro
negatione terre incurrat penam xxv. lib(rarum) condemnetur pro
extractione vero bladi de terra sive de area post protes-
tationem in decem lib(ris) condemnetur

De pena euntiu(m) per poss(essio)ne(m) alterius 48

Statuimus et ordinamus quod si quis ad suam petiam terre per
viam comunis comode ire possit non vadat per possessionem
alterius contra domini voluntatem nisi ius haberet eundi
pacto vel consuetudine longinqua contra faciens vero pena
centum soldorum vice qualibet condemnetur. Si quis
autem ius eundi haberet per alterius petiam terre ad
sua possessione ire teneatur et debeat unde minus
damnum inferat, si tamen comode ire possit alioquin(?)
sibi designandum. Si quis autem per viam comode ire non possit

possit impune ire per possessionem illius qui tenet inveta-
mentum animalibus seu bestijs cum bestijs et ligna
carrinando

De pena alienantis aliquam rem pluribus — 49

Item statuimus et ordinamus quod si quis eandem rem pluribus personis
vendiderit donaverit vel quomodolibet alienaverit pena
CCV lib condemnetur cuius res redeat cui primo
fuerit alienata non obstante alienatione secunda

De pena ludentes retinentis ad ludum aliquod prohibitum in domibus suis — 50

Item statuimus et ordinamus quod nullus de terra Ceneti vel eius
districtus vel aliunde audeat in domo propria vel
conducta ludere vel retinere aliquos ludentes vel
aliquod ludum taxillorum vel aliter prohibitum
seu vetatum secundum formam statutorum, nec permittere quod
aliquod dictorum ludorum in eius domo ludatur. Si quis autem
repertus fuerit culpabilis de predictis vel aliquo predictorum
puniatur de facto per officiales d. Cap. qui pro tempore fuerint
viginti solidis denariorum. Et castellanus vicarius teneantur
inquirere

inquirere et contrafacientes puniri et credatur de predictis relationi officialis, et familie vel dicto alicuius testis vel iuramento accusatoris qui testis sit bone conditionis et accusator teneatur secretus dummodo certificantes et referentes de quibus testis fuerit

De pena euntiu' per territoriu' de nocte 51

Item statuimus et ordinamus quod nullus per terram Cenete vadat de nocte post tertium sonum campane dicti Comunis que pulsatur de sero. Contrafaciens vero si fuerit de Ceneta vel eius districtu puniatur in quinque solidis si vero fuerit forensis in x solidis vice qualibet puniatur. Et pro predicte non habeatur famulus potestatis alicuius Cenetani et de hoc stetur et credatur relationi officialium vel familie d. Capit. Volumus tamen quod si quis iret cum lumine seu igne portato secum ipse euntes secum uno concetu ad penam minime teneantur ac et qui staret ante domum sue habitationis vel prope ipsam domum usque ad tres domos propinquas sua domo non computata. Si quis autem aufugerit ante familiam et captus fuerit postea

puniri et condemnari per Cap.m et eius officiales predictos pena
in centum libris in quacumque condicione persone. Si autem ipsum
capere non potuerit, possit ipsum punire usque in decem libris

De pena portantium arma per terram Cerreti et alibi — 52

Item statuimus et ordinamus quod nullus per terram Cerreti burgum ipsius
Castri [illegible] et [illegible] pontis per stratas vel plateas
ipsorum audeat arma portare et si quis contra fecerit et in
ventus fuerit per familiam d. Cap.i vel eius officiales si
inventus fuerit Cerretanus arma offendibilia portare
pena quinquaginta sol. puniatur de facto pro quolibet
genere armorum [illegible]. Si vero fuerit forensis pro quolibet
genere armorum offendibilium vel defendibilium inventum
sol. [illegible] quolibet puniatur de facto. Si vero aliquis stocum
vel quadrellum portare inventus fuerit duplicentur pene
predicte. Si quis autem de Cerreto vel eius districtus arma
defendibilia portare fuerit inventus in XL sol. pro
quolibet genere dictorum armorum pro vice qualibet puniatur
et in quolibet casu perdat arma offendibilia et defendibilia
[illegible]. Liceat tamen et possit ipsa arma redimere et sibi
restituatur

vestimenta pro quibus sol. denariorum pro quolibet genere dictorum armorum offendibilium. Volumus insuper quod licitum sit unicuique venienti ad ipsam terram vel redeundi ab ea in ipso proximo veniendi vel redeundi ipsa arma portare ligata de quo credatur sacramento ipsius cum probatione unius testis, et ipso instanti sine aliqua scriptura per sacramentum eius presentis quam testis probationem recipiat. Miles vero vel notarius licitum tamen sit unicuique de Cuneo ad instantiam partis terre portare coloricam seu panceriam pirellam sive cervellariam privatam et quolibet arma de mensa de ... fideiussores de dicto Capitaneo vel eius vicario ... non offendendo sub pena C. lib. ultra penam instantem ... portare voluerit sine pena ... pena puniatur siquis inventus fuerit arma predicta per familiam in palatio d. Capitanei vel dd. Cons. et dominorum

De pena ludentium ad ludum taxillorum 53

Item statuimus et ordinamus quod nullus de terra Cunei vel eius districtus ludat ad aliquem ludum taxillorum vel azardi ubi denarii

tineantur expendantur. Si quis contrafecerit in centum solidis de facto puniatur et si aliqui luderent vel ludere invenientur ad taxillos de nocte in aliquo angulo vel loco abscondito sive mal invento privato sedere in aliqua taberna vel ospitio presumatur ad ludum taxillorum ludisse et eadem pena puniatur. Si tales inventi contempti se ludere et eo modo dicimus si inventi sunt de die in aliquo loco verisimile et apto ad ludendum presumatur ludisse et predicta remictimus in arbitrio et discretione officialium d. Com. et cuiuslibet ipsorum quibus credatur ipsorum relationi vel alterius ipsorum absque alia probatione. Si quis vero de nocte post tertium sonum campane solitus ludere inventus fuerit in terra Lenc vel in aliqua taberna vel albergo in terra burgo ipsius stare post tertium sonum campane presumatur ludisse et puniri possit pena predicta cum predictis quilibet sit legitimus accusator et teneatur in credentia et habeat quartam partem banni et teneatur credatur eius iuramento cum uno teste idoneo in omnibus casibus supradictis

De pena facientis aliquem offendi 54

Item statuimus et ordinamus quod si quis fecerit aliquem offendi per alium consilio

aliud consilio vel mandato et non prestitit opere corporali puni-
atur in medietate pene qua puniri deberet delinquens committens
secundum formam statutorum dicte terre Ceneti

De pena balestrantium ad columbos 55

Item statuimus et ordinamus quod nullus in terra Ceneti ad columbos ba-
lestret domesticos vel silvestros, nec lapides proiciat ullo modo
nec et balestret vel lapides proiciat contra columbos dome-
sticos ubicumque morantes per districtum Ceneti vel ipsos columbos
capiat vel ad ipsos vellet aliquo modo vel ingenio sub
pena centum solidorum et contrafacientibus exigenda de facto
Liceat tamen unicuique balestrare et lapides proicere con
huiusmodi columbos sedentes vel damnum inferentes in possessio-
nibus illius qui proiceret lapides vel balestraret vel laqueos
faceret ubi seminatum esset sine pena

De pena officialium euntium in aliqua ambasciata 56

Item statuimus et ordinamus quod nullus officialis communis vel precario
vadat in aliqua ambassiata communis predicti sub pena e-
iusdem salario auferenda si extra terram Ceneti vel
... debito ... accederet. Si quis arengharet eadem pena puniatur

teneatur tamen et debeant huiusmodi officiales forenses pro eorum
tempore officio vel secundum deliberationem dd. Confalonerij
et Priorum eorumdem famulos audeant per districtum dicte terre
nil recepturi a dd. prd. et si secus fecerint eadem pena puniantur
et Cam.s Comunis et si quid eis solvent occ.ne predicta illud
dicto Comuni restituere teneatur post depositum officium
de suo proprio non obstante si apparerent prd. Conf.m et Priores
ei fuerit sigillata nisi tamen pro vienna vincenti in quo
equitaverit secundum deliberationem Confalonerij et Priorum
volumus insuper quod ubi casus necessarius obvenerit quod
volumus inhiberi quod eandem cum consensu et voluntate dd. Confalonerij
d. Cap.s ire possit de consensu et voluntate dd. Confalonerij
et Priorum et Consilij Populi obtempto ad bussulas et pallottas prius

De pena facientiú caualcatá uel turbantiú pacificú statú Cerreti

Item statuimus et ordinamus quod nulla Universitas vel alia singularis
persona terre Cerreti vel eius districtus audeat vel presumat
turbare pacificum statum Cerreti faciendo cavalcatas extra
districtum dicte terre vel aliter et qui contrafecerint puniatur
et condemnetur arbitrio d. Capitanei vel eius Vicarij.

De pena excuntium

De pena exeuntiu uel intrantiu aliunde q perportas 58

Statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscunque conditionis existens audeat uel presumat exire uel intrare de terra uel in terram Corregii aliunde quam per portas pena contrafacienti si fuerit de die et si de nocte decem librarum que pene de facto exigantur et exigi possint et sine alio processu et quilibet sit legitimus accusator et habeat partem banni quilibet et quartam partem et teneatur secretus et credatur eius sacramento cum uno teste fidedigno bone conditionis et fame.

De pena facientiu conuenticula 59

Statuimus et ordinamus quod siquis fecerit conuenticula uel conspirationem generalem contra d. Capitaneum uel contra dd. Confalonerium et priores uel alios officiales dicti Comunis aut contra aliquem ipsorum uel pertractauerit uel offenderentur aut statum aliquem ipsorum [illegible] puniatur in quingentis libris denariorum parmensium dicte pene subiaceat [illegible] condemnetur. Liceat uel ab eorum officio deponere per capitaneum condemnetur uel [illegible] in ducentis libris denariorum condemnetur uel [illegible]

Si autem conventiculam conspirationem aut iniuriam fecerit contra
aliquam specialem personam unam vel plures de ipsa terra
Cenete ut si per eam offenderetur in [illegible] lib. condempnetur
vz. ordinans predicta contribuentes aut dantes vel promittentes
facere vel consentire in centum lib. condempnetur.

De termino dando absentibus in criminalibus causis — 60

Item statuimus et ordinamus quod si quis post [illegible] dies penitus absen-
tiam a terra Cenete vel eius districtu in remotis partibus
faciat et inculparetur de aliquo maleficio quod dicatur
per ipsum factum et contra eum de huiusmodi maleficio procede-
retur per curiam Comitis Cenete per accusationem denun-
ciationem vel inquisitionem, et citatus fuerit habeat
terminum trium mensium ad se excusandum ab huiusmodi accusa-
tione denunciatione vel inquisitione quem terminum sibi
dare teneatur officialis qui procederet contra ipsum ad pe-
titionem cuiuscumque petentis et iurantis huiusmodi absentiam talis
citati. Et si procederetur infra dictum terminum processus
non valeat ipso iure. Quem terminum prorogare et abrevi-
are possit Capitaneus vel eius vicarius si eis videbitur prout iustum
secundum loci

secundum loci distantiam et causam absentie et terminus
statutis ad expediendum processus isto casu duraturi

Quod parati fideiussores prestare nõ mictantur in carceribus 61

Item statuimus et ordinamus quod si quis tempore quo se excusaret de
aliquo maleficio quod diceretur perpetrasse commisisse et
offerret officiali coram quo se excusaret idoneos fideiussores
prestare de parendo eius mandatis et de solvendo condemna-
tionem si qua fieret contra ipsum recipiantur ipsi fideiussores
nec mictatur in carcere vel aliter detineatur; officialis
vero contrafaciens pena xxv lib comuni condemnetur
tempore sindicatus. Et si pro huiusmodi maleficio pena personalis
in defectum solutionis imponeretur quo casu ita demum
talis fideiussoribus relaxetur et in carceribus non ponatur
si depositum sufficienter fecerit penes Camerarium comunis
predicti qui confiteatur se habere quantitatem in qua
talis deberet condemnari si qua condemnatio de eo fieret
alias in carceribus mictatur et detineatur donec fuerit
absolutus vel condemnatus, et condemnatus solverit certi-
tudo de hoc fiat

De pena receptantium exbamnitos pro malys 62

Item statuimus et ordinamus quod si quis receptaverit scienter in domo
propria vel conducta aliquem exbamnitum dicti Comunis
pro maleficio aut dederit cibum comedere vel bibere intra
terram Cerrete aut eius districtus aut eum associaverit
extra terram per una balestrata si exbamnitus fuerit in
persona occasione furti vel robarie talis receptans vel
associans in quinquaginta lib. condemnetur. Si pro homicidio
vel alio excessu in CCV lib. condemnetur. Si exbamnitus
fuerit in pecunia a centum lib. supra in decem lib. condemnetur.
Et si universitas talem exbamnitum receptaverit in duplum
dicte quantitatis condemnetur. Volumus et quod exbanniti
in persona possint capi et ad curiam duci et presentari et
et personaliter offendi absque pena.

De pena negantis consanginitatem 63

Item statuimus et ordinamus quod si quis coram Curia Comunis Cerrete
respondendo positionibus adversarii vel aliter per sacramentum
a iudice interrogatus negaverit quod esse vel fuisse filium

alicuius

alicuius vel patris vel fratris vel alius consanguinitatis
ascendentis vel descendentis vel transversalem, sive quod
esse vel fuisse iudicem aut officialem dicti Communis sive
prelatum alicuius prelati, sive quod fuisse baiulum aut
notarium publicum de provincia sive quod obijsse aut
aliquam affinitatem pena centum solidorum condemnetur
pro quolibet et qualibet vice. Ad que probanda sufficiant
quatuor testes probantes per publicam famam que probatio
habeatur pro legitima et plena probatione

De pena comictientis fraudem in suo offitio 64

Statuimus et ordinamus quod si quis commiserit fraudem vel dolum
in suo offitio si fuerit cast. vel vicarius in centum libris
pro quolibet condemnetur. Si servus miles vel not. in
quinquaginta lib. condemnetur pro quolibet. Si negli-
gentiam commiserit ipse Cast. vel Vic. vel aliquis ipsorum
in damnum Communis in xxv lib. pro quolibet condemnetur
si vero miles vel not. vel aliquis ipsorum huiusmodi negligentiam
commiserit in preiuditium dicti Communis in decem lib. pro
quolibet condemnetur. Baiuli vero bavilius vel

Cinatdanus vel aliquis ipsorum si aliquam fraude commise
rint in centum solidis pro qualibet condemnetur

De pena molestantium aliquem in tenuta — 1 65

Statuimus et ordinamus quod si quis molestaverit vel perturbaverit
aliquem in possessione alicuius rei immobilis vel mobi
lis sibi date in tenuta auctoritate Curie si res mole
stata esset valoris decem librarum vel abinde supra in centum
solidis condemnetur si abinde infra in eadem summa condem
netur et eam rebeat et restituat possessioni. Que due cundem
nes simul et semel inventari possint, in eadem accusatione
et per unam et eandem sententiam terminetur. Hoc addito
quod si accusatus ante accusationem possessione restituat
possessori in effectu et eam restituerit [illegible] molesti
tionem receperint pro accusatore et fideiussorem prestite
rit de ulterius non molestando ab eadem accusa se cun
[illegible] tenetur nisi iterato postea molestaret et tunc
puniatur et condemnetur in penis predictis. Et predictum
habeant tam in tenutis datis auctoritate Curie dicti
Communis quam propriis possessionibus in quibus propriis
possessionibus

possessionibus pene duplicentur. Si quis autem per vim
vel alio modo aliquem stantem in sua poss[essio]ne expelle-
ret et eiiceret sua auctoritate vel proprio bono redderet
pena quinquaginta lib. condemnetur et talis expo-
lians in huius sua poss[essio]ne restituatur ab huiusmodi in-
vadente

Qui Testes repellantur à testimonio 66.

Statuimus et ordinamus quod pater, frater carnalis, fres con-
sobrini, patrui, avunculi, et nepotes et filii primi vel
secundi et omnes consanguinei vel affines usque in tertium
gradum secundum jus canonicum computandum non
numerandum in criminalibus causis ad testimonium
non admittantur, sed repellantur ad invicem et
inter se et contra eos vel aliquem ipsorum fides non
adhibeantur. Et idem dicimus in mulieribus attinenti-
bus in gradibus supradictis consanguinitatis vel affinitatis
Alii vero consanguinei vel affines et etiam mulieres ad te-
stimonium in criminalibus causis admittantur et eorum testa-
tiones valeant et teneant pleno iure

De pena facientis uel expendentis falsam monetam — 67

Statuimus et ordinamus quod si quis fabricauerit uel fabricari fecerit monetam per se uel alium si a C.^ti lib. supra igne comburatur si ab inde infra in centum libris condemnetur. Si quis autem scienter falsam monetam expendiderit a C.C. lib. supra una die uel pluribus in L.^ta lib. condemnetur a C.C. uero lib. infra arbitrio domini Cap.^ii condemnetur considerata qualitate facti et condicione persone. Si quis autem tonsiderit monetam auream uel argenteam in quinquaginta lib. cond.

De damnis occulte datis — 68

Statuimus et ordinamus quod si quis damnum, guastum, furtum uel incendium quis pateretur de aliqua re sua in terra Ceneti uel eius districtu, et non inueniretur malefactor Cap.^s uel eius Vicarius teneatur et debeat ad petitionem talis damnificati inquirere per decem proximos conuicinos loci in quo tale damnum sit datum. Et si per ipsos conuicinos uel maiorem partem ipsorum probatum sit per publicam famam aliquem tallia commisisse, que probatio hoc casu pro plena probatione habeatur condemnetur talis contra quem talis probatio facta fuerit in pena incendii lib. si fuerit incendium. Si uero furtum uel quoddam aliud damnum

alicui damnum in penis in statutis dicti comunis de huiusmodi male facto contentis condemnetur ac eo compellatur et constringatur summarie et de facto huiusmodi damnum illatum emendare passo.

De pena comburentis domum uel cappannam 69

Item statuimus et ordinamus, quod si quis studiose et dolose igne miserit et combusserit uel comburi fecerit aliquam domum uel cappannam in terra Comitis Burgo uel castro aliquo districtus dicte terre uel in aliquo alio loco districtus dicte terre ubi tunc temporis per aliquem habitaretur igne combusserit, si vero in alia domo uel cappanna extra dictam terram burgum uel castrum ubi tunc non habitaretur pena quingentarum librarum condemnetur et ad emendationem damni damnum passo in quolibet casu predictorum. Adicientes huic statuto quod si delinquens predictus habuerit a damnum passo ceptam produxerit in pace habuerit a damnum passo ceptam produxerit in publicam formam ante sententiam quod eo casu condemnetur in quingentis libris in primo casu huius statuti in secundo vero in trecentis libris denariorum quas ... predictas effectualiter soluerit camerario comunis sine

aliqua diminutione in predicto termino in sententia contentum
si vero igne in aceno studiose in aliquam metam vel barconem
bladi palee feni seu sicatam in duentis libris condemnetur
et in emendatione damni dampnum passo. Si in alijs rebus
incendium libris condemnetur.

De pena exarantis bladum alicuius — 70

Item statuimus et ordinamus quod si quis studiose exaraverit bladum
alicuius contra domini voluntatem pena XXV. lib condemnetur
et damnum patienti de facto emendare compellatur

De pena comictentium prodimentum in terra Cerreti — 71

Item statuimus et ordinamus quod si quis ordinaverit vel tractaverit prodi-
mentum contra terram Cerreti vel aliquod castrum eius quod ipsa terra
vel castrum occuparetur per aliquam gentem vel aliquam duxerit
gentem vel dominum venire fecerit ad ipsam terram occupandam
pastinetur seu plantetur in platea Comunis ita quod mona-
tur. Si quis autem sciverit huiusmodi debere fieri prodimentum nec
manifestaverit dno Cap.o Cons.o et Prioribus dicte terre in quin-
gentis lib condemnetur. Quam penam si non solverit infra decem dies
à die late sententie caput a spatulis amputetur ita quod moriatur.

De pena consentientium

De pena corrumpentiu officiales — 13 72

It(em) statuimus et ordinamus quod si quis corrupto aut corrumpere nitens
fuerit officiales d. Cap(ita)n(e)i aut aliquem ipsorum damno aut
offerendo pecunia vel xenium pena decem lib. condemnetur
nisi tempore sindicatus huiusmodi official(is) talis corruptor aut
de corruptor nitens hoc manifestaverit confalonerio et Prioribus
dicte terre, et si talis officialis receperit xenium sive
donum pecuniarum in C.XV. lib. condemnetur si vero reale
in contento dictis condemnetur tempore sui sindicatus

De pena se opponentis vel impedientis officiale vel eius officio 73

It(em) statuimus et ordinamus quod nulla persona de terra Cenere vel
eius districtus audeat vel presumat impedire vel quoque
modo vel causa opponere se alicui officiali vel familiari
d(omini) ... vel sunt pro aliquo dicti Comunis vel specia(liter)
... personarum officio exercendo man(da)to d. Cap(ita)n(e)i vel Cons(ilii)
et Prioru(m) pena C. lib. pro qualibet vice et pro qual(ibet)
tali persona impediente vel opponente.

De pena contendentiu de parte Guelfa et Gibellina — 13 74

It(em) statuimus et ordinamus quod nulla persona terrigina districtualis

vel forensis masculus vel femina audeat vel presumat publice
vel oculte iniuriose contendere partem guelfam vel gibelli-
nam aut vociferare vel dicere viva la parte Guelfa vel
viva la parte Gibelina vel vivat aliqua Comunitas
vel dominus in interpetium vel gravamen alterius vel in
turbationem pacifici status Comunis Ceneti. Siquis autem
contrafecerit pena CCV. lib. de facto condemnetur vel pu-
niatur sine aliqua diminutione

Qualiter hy de quibus suspicatur satisdent — c. 75

Item statuimus et ordinamus quod cap.s terre Ceneti teneatur et debeat
ad petitionem cuiuscunque persone seu de aliqua persona su-
spicantis cogere et constringere quoscunque inimicantes et in-
vicem de dicta terra et eius districtu ad dandum et prestandum
idoneos fideiussores et bonos de non offendendo aliquem
seu unum alterum toto tempore sui regiminis ad penam quin-
gentarum lib. pro quolibet et qualibet vice qua fuerit contra-
ventum. Et statutum Cap.s servare teneatur pena CCV. lib.

De pena forentiu comictentiu maleficiu — c. 76

Item statuimus et ordinamus quod siquis forensis non habitans in terra Ceneti
vel eius districtu

De pena euellentis seu exterminantis terminos — 83

Statuimus et ordinamus quod nullus audeat vel presumat amouere euellere vel exterminare terminos existentes in confinibus intra se, et suum consortem seu conuicinum vel et alibi pena decem librarum pro quolibet termino et qualibet vice

De pena interficientes aliquod animal — 84

Statuimus et ordinamus quod nullus audeat, vel presumat interficere

118v

bann[i] et de ...

per Cap[itane]um Cons[iliu]m vel Priores. Si quis aute[m] aliqua alia

gratia[m] portaverit contra dict[orum] predictorum absq[ue] licentia

predictorum pena decem lib[rarum] [illegible] rei seu gratie quam

portaverit de facto puniatur qualibet casu predictorum et

qualibet vic[e] legitime [illegible]. Volumus tamen venientes

ad [illegible] qui possint securae et impune redire cum

salvis [illegible] quas conduxerint

De pena [illegible]

De pena piscantis temporibus prohibitis 86

Item statuimus et ordinamus quod de infrascriptis mensibus videlicet decembris
Januarii et februarii nullus audeat vel presumat piscari
vel piscari facere in aliquo flumine ad marzavellum nassa
seu rete pena centum sol. pro quolibet et vice qualibet et qui-
libet possit accusare et denuntiare et habeat quartam partem banni

De pena non seminantis 87

Item statuimus et ordinamus quod quilibet habitator terre Tenen. et cuius de
extimo qui fuerit accatastatus seu adlibratus a CLv. lib.
supra usque ad centum teneatur et debeat quolibet anno seminare
et seminari facere ad minus unum cuppum bladi ad mensuram
Comunis Tenen.; si quis autem adlibratus fuerit a centum lib. supra
duos cuppos seminare et seminari facere ad mensuram predictam
sub pena decem librarum in quolibet casu predictorum a quolibet
contrafaciente de facto exigenda, et quilibet sit legiptimus accu-
sator et teneatur secretus et habeat quartam partem banni

De pena fodentis seu cauantis in aliqua uia publica 88

Item statuimus et ordinamus quod nullus audeat fodere vel cavare in aliqua
via vel iuxta viam Comunis vel vicinalis propter quod ipsa possit de-
guastari vel iter impediri vel deteriorari pena centum sol.

si fuerit intra terras Comun. si uero extra in quadraginta sol. contrafaciens uice qualibet puniatur, et nihil.[ominus] id ipsum in statum pristinum reduci teneatur. Adicientes huic statuto quod nulla persona de Comun possit absque licentia defensoris huius Cancellarij edificare seu edificari facere murum aliquem uel aliud quod quia seu iter impediri possit sub dicta pena, et quod edificatum fuerit de facto tollatur

Quod processus et sententiae latae in criminalibus ualeant — 89

Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli processus facti et fiendi in criminalibus causis de quibuscumque malefitijs excessibus uel [ex]cessis et delictis qualitercumque commissis factis seu dictis super quibus processum fuerit per d. Capitaneum uel Vicarium et eorum curiae scriptores seu aliquem personam in criminalibus latae ualeant et teneant auctoritate praesentis statuti non obstantibus quibuscumque solemnitatibus obmissis praetermissis uel praeposteratis dummodo de mallefitio constet processus uel indicia seu contumacia uel confessione facta secundum formam iuris et statutorum dicti Comunis uel alia legitima probatione.

De absolutione

Com

De abolitione concedenda in criminalibus causis — 90

Cum multi quandoque et saepe per iracundiam quandoque per errorem
proclives sint ad accusandum. Ideo statuimus et ordinamus
quod accusanti et abolitionem petenti et licentiam desistendi
ab accusatione petenti exhibita licentia concedatur per
d. Capitaneum vel eius vicarium seu alium officialem coram quo
ipsa accusatio exhibita fuerit. Et ipsa abolitione petita
super ipsa accusa ad ulteriora procedi non possit. Et quicquid
super ipsa accusatione fieret non valeat ipso iure; dummodo
ipsa abolitio petita fuerit ante confessionem accusati vel
sui procuratoris. Que abolitio non concedatur si accusatus
sponte fuerit confessus maleficium de quo accusatus est
nisi in atrocibus delictis. Que autem intelligantur esse
atrocia delicta vel enormia arbitrio domini Capitanei seu
vicarii et declarationi relinquimus. Si quis autem abolitionem
petierit in causis premissis solvere teneatur in capsam comunis
decem s. denariorum dummodo pena delicti excedat viginti
soldos abinde vero infra solvere teneatur secundum declarationem
officialium coram quibus petitur qua quantitate si non solverit

ea die qua penitus fuerit abolitio nouis tum habeatur pro
non penitus et ad ulteriora procedatur Addicientes quod de
hijs delictis de quibus fuerit processum per actum et super
ipsa abolitio penitus quod de cetero per [illegible] vicarium vel
alium officialem procedi non possit per inquisitionem vel alio
modo et si procederetur quicquid fieret sit ipso iure nullum
Si vero per [illegible] vicarium vel alium officialem procederetur
per inquisitionem vel denuntiationem super aliquo maleficio
et postea superueniret actuator mandatur postea talis
actuans superueniens

De pena uendentis petias terrarum forensibus ——— 91

Statuimus et ordinamus quod nullus de dicta terra vel eius districtu
in futurum vendat aut quoquomodo alienet alicui forensi
aliquam petiam terre posita in districtu dicte terre terra aut
scripta in catasto dicte terre Comunis et si quis contrafecerit
puniatur de facto in decem libris et ultra penam predictam cogatur
et compellatur soluere in dicto Comuni tantum quantum valet
ipsa petia terre et nihilominus ipsa petia terre rescribatur de
suo catasto immo in ipso catasto scribatur duplicata per [illegible]
ad hunc effectum scribenda de furore et habeatur quod ipsa petia
terre

terre vendidisset vel alienasset forensi eo ipso quod ipsa
petia terre per forensem possideretur nec probaretur quod
huiusmodi forensis sibi restitueret partem bladi quod steterit in
ipsa et habeatur pro forense omnis homo qui in ipsa terra
Comunis vel eius districtu non habitaret cum sua familia
etiam huiusmodi Catasto vel libro dicti Comunis quae vel pater
eius seu alterius [illegible] reperiretur scriptus non obstante quod per
ipsum Comune fuerint in comunali receptus [illegible]
debeant et [illegible] inquisitio [illegible] irremissibiliter puniri
condemnare debeant secundum formam huius statuti
[illegible] valeat et teneat inquisitio vel accusatio [illegible] in ipsa
[illegible] scriptus annus vel dies talis alienationis facte
et quilibet sit legiptimus accusator et teneatur secretus et
habeat tertiam partem banni. Notarius vero qui de tali
instrumento fuerint rogatus [illegible] non manifestaverit in [illegible]
quindecim dies in dicto libro [illegible] puniatur de facto

De penis de facto non tollendis — 92

Statuimus et ordinamus quod nullus officialis dicti Comunis Cer[illegible]
[illegible] aliquam penam de facto, sed solum faciat

per aliquod de Consilio vel eius districtu nisi pro maleficiis contra
predictis prout est et forma statutorum penas de facto
exigi posse

De pena frangentis carceres 93

Item statuimus et ordinamus quod nullus Carceratus seu Carceribus de-
tentus vel emancipatus, seu que vis alia persona audeat
vel presumat carceres comunis disrumpere frangere vel
aperire absque licentia d. Cap.i vel alterius officialis. Et
quis autem contrafecerit et fuerit Carceratus Carceratus, vel
decarceratus ob aliquod maleficium vel delictum habeatur
pro confesso et convicto de omni eo, contra quod culpatus vel
denuntiatus est et obstante quod in sua [illegible] negatione nega-
verit et in libris vigintiquinque condemnetur ultra penam
predictam. Et [illegible] tempus vel carceratus fuerit ob ali-
quod delictum pecuniarium condemnetur similiter in vigintiquinque
libris. Et si carceres fregerit vel disruperit seu et ipsis
exiverit absque licentia officialis. Et vero non esset Carceratus
sed ipsa carceres et quis exiret et carceres fregerit [illegible]
pert seu aperuerit et ipsis carceribus captivi [illegible]
exiverit condemnetur in ducentis libris [illegible] alis
penis

penis teneatur et condemnetur in quibus condemnati erant
vel condemnari debebant excitantes in ipsis carceribus. et si
pena ipsorum carceratorum vel alicuius ipsorum esset personalis
tunc capite puniatur et ad dictam domnam et in tertio esse singula-
rum personarum prestantes rem opem auxilium aut consilium vel
favorem vel aliquod instrumentum seu puta marellum vel aliud media
pena pecuniaria puniatur.

De pena non probantis accusam — R. 94

Item statuimus et ordinamus quod si quis produxerit aliquam accusationem contra
aliquem coram aliquo ex officialibus terre Lenti cuiusta accusa-
tionem non probaverit infra terminum ei statuendum per officia-
lem predictum coram quo ipsam accusationem produxit si quod
maleficium sive delictum de quo talis qui accusatus est
fuisset probatum esset pena centum librarum vel ab inde
infra condemnetur accusans et non probans in viginti lib.
si vero a centum lib. supra usque in quinquaginta lib. condemnetur
in C lib. si vero a L. lib. supra condemnetur in XXV lib. si vero
pena esset personalis pro libra vel solidum condemnetur talis
accusans et non probans in centum lib. et in expensis legitimis parti
accusate in quolibet casu predictorum

Finis mattei laus deo

De pena damnum dantium per se uel cum bestijs — 95

Statuimus et ordinamus quod si quis damnum dederit cum animalibus uel ipsa animalia damnum dederint in possessione alicuius puniatur dominus ipsorum animalium, seu ipsa animalia retinentes siue custodientes secundum modum et ordinem infrascriptum vz.

1 Si quis damnum dederit in terra bladata tempore pendente ariete uel montone in decem et octo denar: pro qualibet bestia puniatur dominus pena CCC.ta soldos non excedat

2 Si uero cum boue, uel uacha, asino, uel asina, capra, uel porco, pro qualibet bestia in possessione predicta puniatur in quinque soldis

3 Si uero cum equo uel equa mulo uel mula puniatur in sex soldis pro qualibet bestia

4 Si uero damnum datum fuerit in ortis cum predictis bestijs pro qualibet ipsarum in decem soldis, et non intelligantur ortus ubi seminate sunt solummodo rape in quibus non sunt rape si damnum datum fuerit soluat tantum quantum solueret de terra bladata

5 Si uero damnum datum fuerit in prato guardato, seu possessione giffata uel signo crucis signata tempore pendentibus a calendis mensis marcij

Marij usq. quo fenum fuerit messum pro qualibet pecude uel capra
soluat duodecim denar: dummodo non excedat summam uiginti
solidorum

6 Si uero cum boue, asino, equo mulo uel porco in quinq. solid. pro qua=
libet bestia

7 Si uero damnum datum fuerit in vineis à Calendis mensis Maij usq.
quo fuerit uendembiatum si cum pecude in duobus sol. si
cum capra, boue, asino, mulo, equo uel porco in decem
sol. pro qualibet animali uice qualibet puniatur post quam
uero uendembiatum fuerit puniatur in medietate dictarum penarum

8 Si quis uero de die cum dictis bestijs uel aliqua ipsarum studiose
intrauerit uel damnum dederit in predictis possessionibus bla=
datis seu pratis ubi fenum existeret seu vineis dupli=
centur pene predicte in qualibet casuum predictorum

9 Si quis uero de nocte studiose damnum dederit ut dictum est tri=
plicentur pene predicte qualibet uice et pro qualibet bestia

10 Si uero canis damnum dederit in uinea alterius à festo S. Marie
de mense Augusti usq. quo fuerit uendembiatum soluat dominus
ipsius canis uel ille in cuius domo reducitur uiginti sol.
pro qualibet uice et habeatur quod dictus canis damnum dederit
in uinea eo ipso quod dictus canis reperietur dictis temporibus
sine uncino ad collum uel non ligatus uadit per uillas et

127v

liber

et qualibet die qua reperiretur soluat sine uenia soluat dnus
ipsius pena predicta, et dicens vicinus esse debeat longitudinis
unius pedis pertice. Si autem peudes uel capre per prata uel
uel alias possessiones dampnum dederint soluant pro qualibet
ipsarum sex denarios dummodo non excedat summam .XX. sol. liceat
tamen pasculare in pratis et sedis a Kalendis Novembris
usque ad Kal. Martij impune nisi dnus possessionis prohibuerit
quando in predictis locis non pascularentur custodibus bestiarum
Si autem in silua alicuius specialis persone infra terminum incisa
11 uel custodita seu signo crucis signata quis dampnum dederit
si in capra in decem, et octo denariorum vice qualibet puniatur
in alijs uero bestijs in medietate pene puniatur, qua puni
retur si dampnum esset datum in terris bladatis
12 Si quis dampnum dederit in uinea alicuius si de die in quadraginta
soldis si de nocte in quatuor libris non derogando statuto posito
sub rubrica de furtis
13 Si quis in orto si de die in decem soldis si de nocte in .XX. soldis
14 Et talis dampnum dans de nocte in uinea stare teneatur die fori
in stallis palam ab hora tertiarum usque ad uesperas cum
uuis in manu si sit minor .XV. annis
15 Si uero quis colligerit uuas de pergulis alterius si de die in .XX.
sol. si de nocte in decem libris. Si quis autem

16 Si quis autem damnum dederit colligendo fructus arborum alterius
si de die in decem soldis si de nocte in l. soldis puniatur
nisi tales arbores starent in vinea alterius quo casu dicte
pene duplicentur

17 Si quis inventus fuerit in orto vel vinea alterius dum ibi sunt
uve habeatur ac si dedisse damnum et puniatur penis predictis

18 Si quis minor decem annis fecerit damnum dans in quibuscumque
rebus eius pena remaneat arbitrio officialis damnum
datorum vel vicarij Capitanei

19 Si gallina vel anceres damnum dederint in vineis dum sunt
ibi uve vel in orto, canapino, seminato, vel dum est ibi
Canepa solvat pro qualibet gallina vel ancere duodecim
denarios in alijs vero locis sex denarios

20 Si autem damnum datum fuerit cum aliqua bestia cum in aliqua
pena dene giffata in qua giffa sit missa pro eo uno
veste ad minus et ipsa giffa postea fuerit aperta vel proiecta
puniatur pro qualibet bestia ut supra dictum est de pena
pratica

21 Si autem quis damnum dederit personaliter in silva alterius
ibidem incidendo ligna si de die in xl. soldis si de nocte
in centum soldis vice qualibet puniatur

112 Si vero bestia alicuius forensis vel ipse forensis personaliter dam-
num dederit in poss.ne alicuius de Ceneto solvat bannum
duplicatum seu pœnam duplam ut superius est expressum singula
singulis referendo. Et liceat cuilibet unicuiq; de Ceneto qui
invenerit animalia damnum dare in sua poss.ne ipsa
animalia vel bestias capere coram Curia ducere et presenta-
tare eodie si poterit vel sequenti ante tertias coram Vicario
vel officiali damnorum datorum damodo probet per unum
testem se invenisse in sua propria possessione vel con-
ducta vel qua laboraverit ad partem, et liceat unicuiq;
Cenetano vel distrectuali adiuvamentum prestare ad capiendum
conducendum dictas bestias

113 Et ubi homo ductor bestiam et presentator eam accusaretur
vel denuntiaretur de predictis coram alia Curia expensis
Comunis defendatur quas expensas Camerarius Comunis
solvere teneatur

114 Si autem forensis coram D. Cap.o vel Vic.o seu officiali damnorum
datorum accusatus fuerit de aliquo damno dato, (et) aliquo
datum accusatus fuerit de aliquo damno dato facta citatione de ipso
de Terra Ceneti vel eius destrictu facta citatione de ipso
et termino banni decurso teneatur officialis predictus
realiter

realiter et personaliter in faucibus sibi ad eius eundo presenti
contingere et penam comuni solvere et dampnum emendare facere
huiusmodi dampnum passo.

125 Si quis autem se opposuerit alicui ducenti bestias ad lucrandum quo
minus ducere valeat pena centum solidorum puniatur de facto
ultra penam iniurie si qua fecerit contra personam ducentis vel
dampnum passi

126 Et si quis per bladum alterius herbas fecerit mandando vel
metendo sine licentia eius cuius est bladum pena
decem solidorum.

127 Volumus insuper quod si dominus predictarum rerum licentiam dedisset
pasculandi vel dampnum dandi in rebus predictis generaliter dam-
num dans non teneatur ad penam si talis iuraverit corpora-
liter tactis scripturis sibi licentiam dedisse ante dampnum
illatum dummodo pro licentia non vendidit sibi locum in
vineis ortis et terris bladatis et in quolibet casu pre-
dictorum decernimus dampnum emendari per eum conferen-
tem et ad quod compellatur per huiusmodi officialem de facto
facta prima extimatione dampni per illos qui erunt
positi ad extimandum de voluntate utriusque partis
vel per officiales predictarum terrarum

118. Volumus insuper si aliquis aliquid accusaret de damno sibi illato
et foret persona idonea pro tanto damno sibi dato ipse cum
credatur suo iuramento usque in C sol. et ultra eidem
teste usque in CC sol.

119 Decernentes insuper quod hec et huiusmodi blada et vinee
et alia superdicta melius custodiantur in qualibet guayta
castro seu villa eligantur Guardarii qui diligenter
intendant ad custodiam predictorum [illegible] in sua guayta
et denuntiare debeant coram officiali dampnorum datorum
huiusmodi d. d. de quo faciendo prestent corporale iuramentum
eius dicto stetur et credatur secundum quod dictum est in
primo libro de Guardariis eligendis, et habere debeat
dictus guardianus de omnibus et singulis penis et bannis que
soluentur in communi de damnis per eum relatis duos sol.
pro qualibet lib. Circa que omnia supra intendat diligenter
predictus officialis dampnorum datorum vinculo iuramenti et
sequatur ad penam decem librarum de suo salario Et de
predictis omnibus et singulis diligenter inquirat conferendo
se personaliter cum familia d. Capitanei per villas, castra,
et loca alia, ac montes territorii dicte terre, si quando

docent

tarent et quos invenerint culpabiles pani et predictis penis cuius relationi vel alterius famulorum stetur et credatur de huiusmodi dampnodato. Et recipere valeat a presentibus huiusmodi dampnadantes medietatem banni quod solvere fecerint in Comuni utriusque ipse forenses vel ipsorum bestie reperti fuerint dampnumdare sive in possessionibus Comunis sive singularium personarum.

30 Volumus et quod in omnibus et singulis casibus loquentibus de dampnis datis dominus possessionis ubi dampnumdatum est habeat medietatem banni si ipse vel eius procurator accusaverint. Alias specialiter modum ad notitiam Curie pervenerint nihil habere debeat de tali banno. Et quod dominus conquerens vel famulus ire teneatur ad petitionem domini conquerentis ad investigandum de huiusmodi d. d. et hoc casu officialis possit recipere medietatem dicte pene banni quae tangit dominum vel duos solidos pro quolibet miliari per ipsum dominum per solvendos

De pena incidentium arbores fructiferos — 96

Item statuimus et ordinamus quod si quis inciderit alicui arborem fructiferam totaliter incidendo vel mutilando quod incenerit

cadat contra domini voluntatem pena centum solidorum pu-
niatur de facto

Si vero arbor in totum non ceciderit sed tantum incideretur vel
scorticaretur quod talis arbor secari debeat eadem pena
puniatur. Si vero leviter scorticaretur arbor vel in-
cideretur adeo quod arbor non debeat secari pena XX sol.
puniatur

Si vero quis de aliquo arbore aliquem ramum inciderit vel ampu-
taverit totaliter non pendentem supra suam possessionem a
quindecim pedibus infra pena XX sol. puniatur

Si vero incavaverit vel scorticaverit aliqualiter superius ipsum
arborem pena decem sol. puniatur de facto, et in qualibet
casu predictorum dannorum dominum passo emendare teneatur

Si quis autem vites de vinea vel pergulam inciderit totaliter
a pede vel scorticaverit vel vitiatur pena centum solidorum
puniatur pro qualibet vice et qualibet vite et dannum
similiter emendare teneatur.

De arboribus pendentibus super possessioné alterius — 97

Item statuimus et ordinamus quod si arbor vel rami alicuius arboris
pendebunt supra possessionem alicuius et post protestationem
factam illi cui est arbor pro illo supra cuius possessione pendent
rami infra

rami infra quindecim dies non incisserit et totaliter no
aptauerit usque infra possessiones eius non pendeant. Liceat
tali protestanti eleuare comcidere totaliter absque
aliqua pena et nihilominus talis cuius est arbor possit
puniri in decem soldis

De pena rumpentis clusa molendinorum 98

Item statuimus et ordinamus quod si quis clusam alicuius molendini alber
nis rumperit aut contra voluntatem domini aquam de clusa
extraxerit puniatur in quinquaginta soldis de facto pro qualibet
vice et nihilominus compellatur ad reaptandum illud quod
dampnum datum per eum fuerit vel degastauerit

De pena extrahentium bladum non tritum extra destrictum Cereti 99

Item statuimus et ordinamus quod nullus Ceretanus vel eius destrictus
alis vel forensis extrahat aliquod bladum in manipu
lis quod steriat in destrictu riparie terre Cereti vel fuerit
in aliqua pena terre laborativa inscripta in Catasto
dicti Comunis Cereti pena centum soldorum de facto puniatur
et si talis forensis ad laborandum habuisset ab
aliquo Ceretano et eidem Ceretano respondidisset seu

satisfecisset cum effectum de parte certanici sati con-
tingente

Q(uod) mulieres nó uadant per uineas alienas 200

Item statuimus et ordinamus q(uod) a kalendis martij in antea mu-
lieres non uadant per per uineas alienas sine licentia
uel (con)sensu d(omi)ni ipsius uinee uel alicuius de sua familia
quousque uinee fuerint uendemiate. et si contrafecerint pro
quolibet uice puniatur talis mulier in .x. s(olidis). et si
exportauerit uel asportauerit palos de uinea quandoque
puniatur in .xx. s(olidis). pro qualibet et qualibet uice.

De pena damnú dantiú in monte publice 201

Item statuimus et ordinamus quod nullus audeat uel presumat
per se uel cum bestijs damnum dare in monte publice
uel in monte silue grosse uel in colle longo uel in monte
bastianino et in omnibus et singulis montibus et possessionibus
Comunis Coner. seu eius destrictus seu singularium
personarum. si quis autem contrafecerit. si fuerit Conetanus
uel destrictualis puniatur ut supra dictum est in capitulo
damnum dantium ubi dicitur de siluis uel (1) si autem
fuerit

(1) vide retro folio 113: tergo L. N°: 11

fuerit frenis puniatur in duplo eius quod puniretur
Cerretanus. Item dicimus de frenibus dampnum dantibus
in siluis facti bunianiori (?) Costi Corsigni Hortulij
et Munaj Seggini et Collis certis et alijs siluis dicti
Comunis. Et si in ipsis siluis inciderent arbores dictam
siluam soluant uice qualibet … et in omnibus casibus
predictis teneatur et debeat dampnum emendare
dicat unicuique de Comuni uel eius districtum qui in
uenerit aliquem frenso d.d. personaliter uel cum
bestijs in sua silua uel possessione ipsum d.d. uel
bestias eius capere et ad Curiam ducere et coram officiali
presentare eadem uel sequenti die … dummodo tamen
secum ducat unum testem qui uideatur d.d. et alis
conducens habeat medietatem banni de omnibus
autem seu siluas et alijs bonis dicti Comunis liceat
soluens dicit … seu guardijs … et … ubi
dampnum illatum est et alijs de ipsis licentia conducendi
ad palatium ducere bestias seu personas dictas d.d. coram
officiali predicto dummodo semper ducat secum testem

qui probet de mitu et habeant tales conductores medietatem

partem banni liceat et officiali damnorum datorum con

ducere d.d. in predictis siluis montibus et possessionibus

comunis et singularium personarum ad lanam et habeat

medietatem banni et eius relatori et familiari stetur

et credatur pro alio teste

nulla persona retineat ultra duas capras 102

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de terra Cereti et

eius districtus nec forensis audeat uel presumat retinere

ultra duas capras uel duos ircos infra terram Cereti nec in

villa basciani, Amiani et porcecari, et per totam uallem Poncis

subtus viam spoletanam per spatium quinquaginta cannarum

et canna sit decem pedum ad pedem perticae. Et uersus fla

men Tiberis ab illa via spoletana qua itur a villa Cott. ad

ecclesiam sancti Jo. de Basciano et per villam basciani

usque ad cerrum planum. Et per villam Boria usque ad villam fossati

et supra villam papaque subtus villam macchie usque ad viam

qua itur uersus Meghanam et a via qua itur ad a Sto Quirico

usque ad ravenam et usque ad fossatum busti uersus valle Poncis

et in villa

et in villa Rovendi, et intra plateam et burgum subtus et desup-
tiam per CC. cannas circa ad flumen Nigre circa ad porcellos
et a porcella usque ad cavaglinum in possessionibus laborativis et ad
lunam usque ad eccam Colucij celli colle vite usque ad vineam Collepasquali
et a capite Granarum usque ad vineam Mainardi Andree de burgo
et a vinea heredum Cole guadagnecti usque ad possessionem philippi Cole
belli et a porta Romana subtus viam lucchi et subtus viam qua
itur ad vallem inter possessionem Antonij Sobie usque ad
flumen Nigre. et hoc intelligatur in possessionibus labo-
rativis vineis et ortivis pena CC. sol. pro qualibet capra
excepto quod in villa murighe ubi retineri posse usque ad octo
capras. Decernentes per hoc statutum quod cuilibet de contra-
ctus districtu licitum sit bestias ponere in plagijs aqua-
rij de villa bosniani

De modo uendembiandi uineas 103

Item statuimus et ordinamus quod nullus audeat uendembiare uineas
donec fuerit deliberatum in consilio populi dicte terre
pena quinquaginta sol. de facto exigenda.

Quod cuilibet liceat pascere bestias infra certas semitas — 104

Item statuimus et ordinamus quod cuilibet sit licitum pascere bestias in silvis et nemoribus [illegible] a [illegible] et a [illegible] ad [illegible] usque ad flumen [illegible]. Et a valle [illegible] de [illegible] usque ad flumine Comi [illegible] et [illegible] Tenex et montis Tenex. Dummodo si quis infra dicta loca dederit damnum vineis laborativis et in pratis custoditis solvat bannum quod in statuto de pena damnum dantium continetur

IV

De officio defensoris seu Canc.ʳⁱⁱ circa plura — 1

Item statuimus et ordinamus quod defensor seu Canc.ˢ terre Tenex qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et debeat vinculo iuramenti manutenere et manutenendi facere liberas [illegible] [illegible] et [illegible] stradas plateas, et vias comunis ac [illegible] terre Tenex quam extra circa [illegible] et [illegible] castra

Castra, ac et turres Castrorum dicte terre bene munitas et
aptatas ettenere, et teneri facere, et circa totum comitatum
et districtum dicte terre, et Castrorum ipsius. Et si quis aliquid
de stratis occupaverit vel occupatum tenuerit a triginta
annis citra facere releveri ipsas plateas et stratas
facere terminari per homines ponendos et eligendos per
Confalonerium et Priores. Et si quis occupans vel occupatum
tenens non reassignaverit vel dimiserit ipsi Comu-
ni et defensori recipienti pro Comunis infra duos menses
a publicatione presentis statuti vel infra quindecim dies
post monitionem sibi factam pena centum solidorum den. de-
facto puniatur, et nihilominus restituat occupatum; Muros
vero dicti Comunis et Castrorum circumcirca intus et
extra, et etiam reinduere teneatur et debeat una cum Confa-
lonerio et Prioribus saltem semel in mense, et quod defuerit
facere reaptari. Si forte fuerit aliquid minorum vel
caducum vel si in aliqua domo fuerit aliqua fenestra
magna vel parva que domus sit contigua seu appodiata
muro comunis facere reaptari vel murari expensis comunis

Si fuerit sine culpa eius qui habitat in domo. Si autem facta fuerit
culpa ipsius habitantis uel per ipsum opere dato faciat fieri expensis
pertis cuius est domus infra terminum et sub pena per ipsum
Canc. statuenda et imponenda. Si quis in muro Comunis
uersus suam domum ostium siue fenestram fecerit uel habuerit
per quod quis possit intrare uel exire remurare teneatur
expensis suis infra tempus seu terminum statuendum a Canc.
predicto. Et nihil ipsam punire possit usque in quantitate
[illegible] si uiderit malitiose fecisse uel esse inobedien
te uel negligente ad reparandum et reaptandum seu remur
randum. Et similem penam incurrant Consalonarius et
[illegible] et Canc. si negligentes fuerint in predictis.

De offitio eiusdem circa uias et quedam alia 2

Item statuimus et ordinamus quod idem Cancellarius et defensor teneatur
et debeat intendere et superesse sua actatione et reparatione
pontium fontium et uiarum predictarum et aqueductorum
stillicidiorum et aliorum operum fundorum pertinentium Comune uel
ad aliquod Castrum ipsius uel villam et per totum districtum.
Et uias occupatas uel deuastatas uel petrinas et cominas occupatas
facere

facere relaxari et reaptari libere absque ullo impedimento sibi fiendo per aliquem. et ad loca personaliter accedere ad investigandum et inveniendum de predictis. Et contrafacientes punire summarie et de facto prout sibi videbitur. Preterea volumus et faciat custodiam diurnam et nocturnam sit solicitus et attentus prout supra dictum est in primo libro de officio ipsius. Et ne in ipso officio custodie fraus aliqua committi possit, decernimus quod semper, et quandocumque committent baiulo quod requirat homines pro custodia faciat duas scriptas quarum unam det confalonario et dominibus in qua sint scripti homines. debentes custodire ea nocte qua preceptum est eis ut veniant ad custodiam et aliam det baiulo predicto eodem quando vult ponere custodias notificet hora confalonario et dominibus et unus eorum ire teneatur ad videndum, et audiendum poni custodiam. Et quicumque ipsorum fuerit negligens in predictis pena x. lib. puniatur [illegible] [illegible]

De modo et forma vendendi vinum 3

Item statuimus et ordinamus quod in [illegible] tempore vero [illegible]

indicat quod assisa vendendi vinum predicta teneatur vel eius de
stinem hoc modo fiat quod Cap.s vel eius Vic.s teneatur et debeat
quando placebit, et videbitur dominis Confalonerio et Priori-
bus proponere in consilio dicte Terre de modo et ordine
vendendi vinum ad minutum et quod tenendum quod in dicto
consilio fuerit deliberatum et ordinatum dictus Cap.s faciat
observare per vendentes vinum sub pena a contrafacientibus
exigenda que in consilio fuerit deliberata, et si vero fuerit
deliberatum in arbitrio puniat delinquentes Et teneatur
Cap.s quolibet mense inquirere contra tabernarios qui vende-
rent assisam vel sine apodissa official. vel cum vasis non
iustis et sigillatis bulla Comunis vel mensurassent vinum Et
ipsos contrafacientes puniat de facto secundum formam statuti
loquentis de tabernis et mensuris adequandis et aliorum statutorum
et ordinamentorum factorum et fiendorum loquentium de predictis
vel aliquo predictorum.

De insenyis ad infantatas non portandis — 4

Item statuimus et ordinamus quod nulla mulier audeat portare aliquod
ensenium vel canestrum publice vel private ad aliquam infantatam
pena et

pena XX. sol. a qualibet contrafaciente de facto exigenda expediend. capitulum in die sancti bernardi etc.

De pena coptumantium aliquid comestibile 5

Item statuimus et ordinamus quod nullus die martis infra portam Comunis ... cuius districtus emat aliquod genus bladi farine vel aliud causa revendendi pena centum sol. exigenda de facto a quolibet contrafaciente, pullos vel ova poma vel alias res comestibiles ipsa die aliquis non incoptumet nec emat causa revendendi in platea Comunis usque ad horam vesperorum sub pena XX. sol. de facto exigend. a quolibet contrafaciente et expediatur, et fiat per officialem in iudicio qualibet mense ... repertos culpabiles puniri predicti penis.

De bonis istius cois reinueniendis 6

Item statuimus et ordinamus quod omnia bona comunalia culta et inculta Comunis predicti apprehensa et non apprehensa et incorporata vel non pro ipso Comuni vacante libera et expedita ... et intelligantur esse Comunis predicti et si aliquis

aliquid de dictis bonis occupaverit vel occupata tenuerit ea
in terra Cerreti que in castris eorum [illegible] ipsius terre
relaxare teneatur infra duos menses post bannimentum factum
per dictum d. Capitaneum sub pena centum lib. d. a quolibet con
trafaciente totiens quotiens de facto exigenda volumus pre
sentia contra statutum derogari alteri statuto

De modo faciendi carnes in tra Cerreti

Item statuimus et ordinamus quod nullus de Cerreto vel eius districtu vel de
forensibus audeat facere beccariam aut carnes recentes vendere
[illegible] [illegible] carnibus [illegible] [illegible] in terra
Cerreti vel eius districtu sine licentia officialium dominorum
Capitanei dicte terre pena XXV lib. den. a contrafa
ciente exigenda de facto qualibet vice. Et si quis voluerit
facere carnes in dicta terra, et ad hoc ut in ipsa terra sit
abundantia carnium decernimus quod cap. dicte terre pri
mo mense sui regiminis teneatur bannum facere quod omnes
volentes carnes facere seu beccariam compareat coram eo et si
fuerint non comparentium et ab eis fideiussores recipiat de
faciendo

faciendo carnes dicto tempore sui regiminis, ac etiam requiri faciat
per baiulum omnes macellarios consuetos facere carnes et ab
eis requirere si volunt carnes facere vel non, qui recusaverint
velle facere vel infra mensem non promiserint dicto anno
tempore facere non possint, si quis autem alius Cornetanus
non requisitus personaliter postea facere valeat, non obstante
et superveniente postea ipsas carnes et macellum facere prestando
semper fideiussores et promittendo ut supra dictum est. Qui
omnes becharij et carnes vendentes in terra Corneti vel eius
districtu teneantur et debeant carnes vendere secundum assisam
et ordinem quo vendantur carnes in terra Corneti vel
Comunis cuius electio sit et esse debeat secundum voluntatem
dominorum Gonfalonerij et dominorum ... possint pro
eorum libito voluntatis. Et quilibet qui promiserit carnes
facere seu becharia ipsa animalia intra terram debeat
interficere ... ad hoc ... pena ... solidorum
vice qualibet. Carnes vero ponderet cum bilancis usque ad pondus
quinque librarum et cum stateriis et ipsam bilanciam una

137v

liber

in quantum pondera sit super banchum alia ubi ponentur
carnes extra bancham pariter adequata bilancijs ipsis. Et
quandocumque carnes ponderarentur bilancia ubi sunt carnes semper
habeat ita quod semper habeat iustas libras et pondera habeat
Dicas bevarias medium libram libras duas libras tres quatuor et
quinque libras divitim (?) per se de ferro signatas sigillo Comunis
ut videbitur officialibus d. Capitanei communi dicti ponderis
secundum morem venetiarum. Item in dicto macello interna
tenere detineat neque vendat carnes alicuius bestie morte
absque licentia vel gratia alicuius officialis d. Capitanei
sub pena contra solidorum decem vice qualibet contrafecerit contrafaciens
in aliquo predictorum de facto exigenda. Liceat tamen uni
cuique [illegible] mortuas ac suffocatas bestias
vendere extra portas dicte terre per se vel alium prout de
sua processerit voluntate. Nullus autem carnes vendens
possit ubi sunt carnes castratine porcine vel vitelline
ponere vel retinere carnes ircinas capramas pecudinas vel
prohibitam pena L. sol. vice qualibet qua fuerit contrafactum
et banche ubi venduntur carnes predicte distent ab alijs banchis

talia

saltim pervnam perticam et teneatur officialis carnes porcinas et castratinas bullare et sigillare et bechariis vendentibus eas si non fuerint sigillate pena C. sol. pro qualibet Carnes vero bovinas vaccinas et vitellinas vendant bec carii predicti secundum assectum eis dandum per officialem dni Capitanei

De stateriis bilanceis et aliis ponderibus et mensuris adiustandis et adequandis 3 8

Item statuimus et ordinamus quod miles socius d. Capitanei vel eius not. teneatur et debeat vinculo iuramenti adiustari et adequari facere per duos bonos homines per Confalonerum et priores eligendos tam stateras quam bilancias quam saggiolos sive pondus luca et floreni ac etiam mensuras quibus venditur et mensuratur vinum et oleum et alias quascumque pertam mensuras quibus mensuris sic adequatis et adiustatis eligatur per Confalonerium et priores unus bonus et legalis homo de Comune qui huiusmodi mensuras teneat et conservet et mali sive Comuni qui habeat saggiolos et pondera luca et quilibet de Comuni et eius saggiolos et pondera luca et quilibet de Comuni et eius destrictus teneatur et debeat secundum huiusmodi pondera et mensuras similia habere cum quibus emant vel ponderant

uel mensurantur ita quod non diversificentur a predictis

eidem reg. pondus et capacitas mensurarum. Et si quis cum dictis

nilibus ponderaret uel mensuraret emeret uel venderet pena

C. sol. vice qualibet puniatur contrafaciens contrafaciendo

Et si contemptio esset aliqua de aliqua emptione uenditione

pondere uel mensura dictarum uel alterius rei stetur declaratione

talis boni hominis ad predicta electi. Qui pro pondere florenorum

recipiat ab illo qui deceat recipere unum denarium pro quolibet

de floreno usque ad sex denarios usque ad decem non recipiat nisi

sex denarios abinde uero supra quatuor denarios pro quolibet

sex denariis et non plus pena quinque sol. Et pro officialis ob-

denia et non plus pena quinque sol. Et officialis obli-

servari faciat vinculo iuramenti et pena quinque sol. Addi-

cientes huic statuto quod si quis mensurans uel ponderans non

iuste mensurauerit uel daret mensuram non plenam vice qua-

libet et pro qualibet mensura seu pondere in C. sol. puniatur

defaciens

De arboribus et fractalibus pendentibus sup. via inciden. — 9

Item statuimus et ordinamus quod dominus arborum uel fractalium pendentium

supra vias comunis prestantium aliquo modo uenientibus per ipsas vias

impedimentum

impedimentum teneatur et debeat ramos uel aliud quod supra uiam pendet et impedimentum prestant incidere et eleuare et cuilibet liceat sine pena domino et privato exigere

De grappis p(er) dños molendinoz tenendis circa caput canaliu(m) — C

Statuimus et ordinamus quod per dominos molendinorum fiant et teneantur Grappi in capite molendinorum positorum in territorio terre Loreti pena C. sol.

De platea cois disgombranda — Cxi

Statuimus et ordinamus quod plathea communis et et strade publice debeant disgombrari per adiacentes quilibet ante domum suam quolibet die sabbati de sero sub pena quinque sol. a quolibet contrafaciente de facto exigenda et officiales bannirj faciant qualibet die sabbati de sero tempore usque Cancellarius sue teneatur per se de sero tempore usque Cancellarius ... teneatur per se tenere in pena iuramenti

De modo uendendi Panem p(er) panifaculos — Cxii

Statuimus et ordinamus quod panifaculi seu uenditores panis ad minutum talem uendere teneantur et debeant secundum modum et

attecend eisdem per ... seu alios ad hoc ponen-
dos eligendos et si contrafecerit in quinque solidis puniatur pro
quolibet et qualibet vice et officiales Capitanei teneantur
et debeat inquirere

De non edificando uel plantando iuxta areas 23

Item statuimus et ordinamus quod si quis plantauerit aliquas arbores
aut factam aut aliquam parietem fecerit prestando impedimentum
uentis quominus ueniant et huiusmodi arbores facta uel parietem esse
prope ipsam aream per .XV. pedes uel infra uentis dicte aree
ipsas arbores parietem uel facta eleuare et remouere teneatur
et ad hoc constringatur per officiales domini Capitanei liceat
tamen unicuique post dictam aream factam domum edificare prope
ipsam aream per .XV. pedes ita tamen quod ipsa domus uentis
uenire debentibus impedimentum non prestet, et si contentio
esset inter dominum aree et edificantem domum utrum ipsa
domo impedimentum prestetur dicte aree eligant et eligere
teneantur unum uel plures conuicinos boni ad diffiniendum
predicta quorum diffinitioni stare teneantur et Vicarius domini
Capitanei teneatur et debeat uinculo iuramenti predicta
exequutioni

exequutioni mandare ad petitionem cuiuslibet partis personas

De hominibus intrantibus in Guaytam 14

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli homines de Cenete et eius districtus maiores quatuordecim annis, et omnes et singuli habitantes in ipsa terra vel districtu, et qui habitaverint continue a duobus annis citra vel plus per se vel ut famuli aliorum qui non sint scripti in aliqua guayta teneantur et debeant intrare in aliquam guaytam dicti Comunis in qua habent maiorem partem bonorum suorum et ibi subire onera dicti Comunis realia et personalia sub pena centum soldorum. Et idem dicimus de mulieribus non nuptis nec sub alterius potestate manentibus que aliquid mobile habeant in terra Ceneti vel eius districtu quod sit extimatum in catastico Comunis ... et de hereditatibus defunctorum devenientibus supra ... ad illos qui propter minorem etatem non sunt scripti in catastico Comunis dummodo quod allibrati sint in catastico ... vel ultra et hoc predicti homines ... facere teneantur hinc ad anum deinde in antea prout etates crescunt

et nominates et hereditates adhuerunt teneantur persone condictionis
bonorum intrare guaytam aliquam ut dictum est sub dicta pena et
quilibet de predictis sit legitime admonitus, et capitaneus defensor
de predictis inquisitionem facere teneatur, et quos invenerint
non esse scriptos in guayta faciat scribi et dictimus qui
unus defensoris predictis non teneatur scriptus in guayta et
registro bonorum deve teneri et faciat quondias contribuere
collectas debitas et alia obsequia realia et personalia
dicti Communis et audiatur in aliqua causa civili vel crimi-
nali exceptis hiis qui privilegium habuerunt exemptionis de
jure validum et si quis voluerit exire de una guayta et
intrare in aliam guaytam in qua habet maiorem partem bonorum
suorum defensor ad petitionem talis teneatur ipsum de registro
illius guayte de qua vult exire elevare et scribere cum
in guayta in qua habet maiorem partem bonorum suorum dummodo
de predictis defensori legitime constet. et quilibet teneatur
facere factiones in ea guayta in qua habitat vel habet
maiorem partem bonorum suorum et capitaneus defensor et quilibet
officialis Communis teneri possit et debeat contra omnes et singulos
non facientes

non facientes obsequia realia, et personalia dicti Comunis procedat
omnibus modis quibus viderint convenire. Exceptis exemptionibus
qui privilegium habent ut dictum est. Addicientes et provi-
statuentes firmantes quod heredes et hereditates defunctorum teneant
et debeant facere custodiam propria hereditate etiam
si aliquis masculus non superesset in ea dummodo quod dicte
hereditates sint allibrate xx. lib. vel ultra salvo semper
quod heredes defunctorum habentes tenentes, et possidentes
eorum bona Comunia et indivisa et habitantes simul cum
eorum patruis vel fratribus consobrinis in una domo eorum
parentum eorum vivorum si fuerint masculi non teneantur facere
custodiam donec fuerint xiiii. annorum si verum facere quam-
usque steterint cum dictis patruis vel fratribus ut dictum
est et cum pervenerint et maior. custodiam faciant similiter
non teneantur ab solutione insuper quod quilibet septuagi-
narius teneatur et debeat contribuere et solvere omnes
datiam que imponeretur per libram vel caput hominis
pro quibuscumque necessarijs Comunis predicti Exceptis expensis
pro persona ~~lib.~~ vz. pro custodia exercitu cavalcata

sui continuae terrae intus excepta colletta tamen generaliter impo-
nenda pro servientibus seu stipendarijs ut alij solvere tene-
antur

De Castellanis et comunalibus recipiendis 15

Item statuimus et ordinamus quod quicumque volet effici castellanus et
Comunalis terrae Ceneti debeat admitti dummodo habeat
in districtu Ceneti in bonis immobilibus valentia XX lib.
et faciat in dicto Comuni obsequia realia et personalia et
talis qui vellet esse castellanus noviter ante quam
recipiatur facere debeat aliquam emptionem valoris XX
lib. in dicto districtu et venditionem appro-
bare et ratificare teneatur et ita ratificatio sententiabit
per notarium Castrorum volumus insuper quod nullus reci-
piatur in castellanum nisi primo deliberetur in consilio
et omnia et singula bona empta per tales castellanos re-
cepta et recipienda occasione talis castellanarie sint
obligata Comunis Ceneti ita quod nullus emere possit in
preiudicium comunis predicti

De servitore

De pensione soluenda per tenentes cappannas 16

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli tenentes cappannas et ipsarum domos in mercatali vel alibi ubicumque in comitatu et castro Cerreti Communis predicti soluere et soluere debeant annuatim pro illa Camerario Communis unum [illegible] pro quolibet pede et pro aperis unum [illegible] ad pedem pertice, et instrumentum facere teneantur qualiter ipsas tenent pro Communi. Et durante tempore locationis non possit fieri aliqua novitas nisi [illegible] aliter deliberaretur et Capitaneus teneatur facere observari et instrumenta et fieri cum libris Communis facere describi

De muris fiendis in terra Cerreti et Castris eius 17

Item statuimus et ordinamus quod quilibet Capitaneus terre Cerreti qui pro tempore fuerit teneatur et debeat vinculo iuramenti infra tempus sui officii [illegible] fieri facere et fabricari expensis Communis ad minus duas perticas muri cum calce et arena ubicumque deliberatum fuerit per Confalonerium et Priores pro aptatione et fortificatione terre predicte et locis sine alia deliberatione

142v

liber

teneatur et debeat solvere pecuniam dicti mari de bancie dicti

Comunis. Quimodo non possit accipi mari vel alicui dari

ad faciendum nisi prius banniatur in pro die fori, et assignetur

terminus conpetens in quo possit venire ad profaciendum

et quicumque obtulerit se facturum pro minori pretio detur. Et

tale bannimentum fieri debeat de omnibus operibus comunis

ascendentibus ultra centum lb. aliter vero fieri non possit

nec concedi alicui nisi qui pro minori pretio faciet. dummodo

talis operarius seu magister promittat tale opus se facturum

secundum usum boni operarij vel magistri et de tali concessione —

fiat contractus in consilio aliter non valeat. Et pro Comunis

et confaloniarius et priores teneantur et debeant videre et

providere facere omnes muros ipsius terre et eius castrum

et ipsos facere reparari et reaptari et claudi prout eis videbitur

expedire et etiam circa ipsam terram et castra via et taliter

quod nullus possit intrare vel exire aliunde quam per portas. Et

Item dicimus de platea Pontis burgi Pontis et castro Imponti

et castro Agutolagria Delfrus poutesse ad Corzigni et poutre

in ... illorum

Impellorum huiusmodi fiat exsenis hominum decem locum

De ordine fori — 3 18

Item statuimus et ordinamus ad hoc ut forum teneri sit debite ordinatum quod omnes et singule staciones cambiatorum et mercatorum panorum guarnellorum et merciarum sint et fiant ab una parte magis apta et congrua ad predicta. Ita quod omnes insimul immediate permaneant ut melius et utilius ordinari possint. Et idem modus teneatur de stacionibus seu locis caligariorum et pignorum et vendentium bladum et vendentium oleum et sal et etiam de singulis mercimonijs venientibus ad forum et quod omnes bestie venales teneantur a bulmo superiori supra et extra iudicium pro. Et nulla bestia possit teneri a bulmo infra nec a porta Bucheria supra versus forum. Et omnes panivendoli et vendentes caseum, ova, pullos, edos et carnes vivas et hijs similia et omnium aliarum rerum distincte et unite permaneant. Ut inter quamlibet sit via vel duas tam largas et apertas quod omnes possint ire et redire et obviam vicissim sine fractura alicuius. Et supra predictis omnibus ordinandis et

faciendis teneatur Cap.s Confaloniarius et Priores ponere et
eligere duos bonos homines de Ceneto, et illud quod per
ipsos fuerit ordinatum et declaratum teneatur cap.s facere
observari et quolibet die fori mittere unum ex notarijs ad
predicta ordinanda et exequenda mandanda pena decem lib.
de suo salario. Qui notarius ex tunc possit penas imponere
et de facto tollere usque in quinque lib. Dicimus et quod nullus
audeat tenere vel vendere in aliqua apotheca vel alio
loco dicti mercatalis vel fori aliquod genus armorum pro-
hibitorum in die fori et alijs concionis populi vel
arenghi sub pena centum sol. pro quolibet contrafaciente
et qui habuerit vel ipsa arma tenuerit venalia.

Quod venientes ad forum possint venire libere et secure — 29

Statuimus et ordinamus quod omnes persone venientes ad forum Ceneti et
aliqua grassa vel mercantia die lune die martis et die
mercurij secure veniant et venire possint in personis et rebus
in veniendo stando et redeundo et secure stare venire et redire
in ipso et ad forum Ceneti per totum tempus Ceneti et eius
districtus

destrictus totis dictis tribus diebus et noctibus nonobstantibus aliquo capitulo, et represaliis et hoc pro comodo et honore mercati seu fori Comunis Ceneti. Nec aliquis Cenetanus vel alia persona non possit in terra Ceneti vel eius destrictu diebus predictis vel aliquo predictorum dierum vel de novo aliquibus represaliis concessis vel concedendis contra aliquas personas in personis vel rebus sub pena lib. xxv. et nihil[ominus] quicquid apprehensum fuerit in statum pristinum reducatur salvo quod hec securitas locum non habeat in aliquo exbannito dicti Comunis nec in aliquo obligato alicui ex aliqua obligatione de qua appareret publicum instrumentum qui quantum ad ipsa instrumenta principaliter vel accessorie teneretur a dicta obligatione penitus vel ... et predictum statutum legatur in arengo et banniatur in foro die fori

Quod conductus aque coopriatur — 20

Item statuimus et ordinamus quod conductus aque tribus fontis fabrorum usque ad fontem Ceneti coperiatur et coopertus esse debeat et clausus omni parte ipsius. Et quod defensor Comunis teneatur et debeat ipsum conductum videre et reaptari facere ubi esset discopertus

expen. comunis et nemo audeat vel presumat ipsum conductum di
rumpire frangere vel deguastare sub pena x. sol. et unilibet
liceat accusare contrafacien. et habeat medietatem banni, et
sufficiat probatio unius testis de visu vel quatuor de publica
fama et quod fons faborum qui est in capite dicti conducti de
beat reaptari prout hactenus fuit ita et taliter quod aqua
fontis aqua auriri non possit nisi cum ramaiolo

De persone infecte no stent intra Cerreti — 21

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona infecta audeat vel presu-
mat stare vel morari in terra Cerreti vel eius districtu et capitaneus
non permictat ipsum stare et si quis receptaverit talem personam
infectam puniatur in xx. sol. et capitaneus si permiserit stare
perdat dictum salario x. sol.

De reparatione ecclesiarum terre Cerreti — 22

Item statuimus et ordinamus quod capitaneus terre Cerreti teneatur et debeat vinculo
iuramenti ad petitionem cuiuscumque petentis facere reparari
quamlibet ecclesiam sitam tam in terra Cerreti quam eius
districtus

destinetur expensis parochianorum, et hominum adiacentium
ad ipsam Ecclesiam reparandam, et nulla persona debeat
Clausuram vel cimiterium ingombrare vel aliquid terre
ponere vel proicere pena xx sol. nec supra ipsam Clausuram
aliquid edificare pena Centum sol. et quod edificatum fuerit
tollatur et destruatur

De reparatione fontis mercatalis et aliorum fontium manutenen. 23.

Statuimus et ordinamus quod fons mercatalis et alij fontes qui sunt
in terra Lenci expensis Comunis manuteneantur et
conseruentur et reducantur in eo statu in quo olim
fuerunt ita quod in ipsis habundet aqua et semper ha-
beatur et quod omnis aqua que est in Peggino, que mitti
possit in conductum mittatur expensis Comunis. Et quod
nemo rumpere audeat conductum in aliqua parte sub
pena L sol. et quod fons qui est iuxta portam Encanera
tantum aperiatur et manuteneatur et lauatorium et abeuerato-
rium in circuitu fontem mercatalem compleatur expensis
comunis ita quod in eo lauari et abeuerari possit

De maiestate et figura beatæ Mariæ et canellá fiendis ad fur-cam Campuri — 3 24

Item statuimus et ordinamus quod cum in Cellulla olim fratres venerint propter defectum aque fratres morari consueverunt [illegible] in furca Campori ubi melius fieri poterint construatur et edificetur [illegible] fortis [illegible] una figura et Imago gloriose Virginis Marie coperta clausa et bene murata [illegible] ibi fiat quedam cannella parva [illegible] per quam dirigatur et emanet quedam parva parti-cula aque conductus ibidem existentis ut tam fratres in cellula existentes quam alie gentes ibidem [illegible] aque copiam possint habere et defensor teneatur predicta exequtioni mandare.

De puteo seu fonte fiendo in monte Fregini in v° putei — 25

Item statuimus et ordinamus quod fiat unus fons seu puteus in monte Fregini in v° putei prout melius videbitur et declarabitur posse fieri, et si expedierit emanet communis expensis [illegible] et defensor qui pro tempore fuerit teneatur predicta exequtioni mandare ad petitionem cuiuslibet petentis.

De fonte aquilarie aptan° — 26

Item statuimus et ordinamus quod fons aquilarie aptetur et muretur [illegible] ad calcem

de lapides et arena [illegible] expensis omnium adiacentium et defensor teneatur fieri facere ad petitionem cuiuscumque persone.

De fonte de aqua primaria et despagna fieri 27

Item statuimus et ordinamus quod fons de aqua primaria et despagna de monte Peggini fiant et reaptentur expensis hominum [illegible] fontis ville [illegible] et ville [illegible] et defensor teneatur fieri facere ad petitionem cuius cuius persone

De fonte fiendo iuxta portam Castri Triponsi 28

Item statuimus et ordinamus quod aqua fontis [illegible] per bonum et sufficientem aqueductum cum arena calce et tegulis ad castrum [illegible] contrata sancte Catherine ducatur et in dicto fonte [illegible] hoc fiat unus fons [illegible] aqua ubi melius videbitur maiori parti hominum dicti castri expensis fiant expensis communibus hominum predictorum prout maiori parti eorum videbitur convenire et defensor teneatur predicta facere fieri ad petitionem cuius cuius persone

De fonte fiendo in uocabulo sogliole 29

Item statuimus et ordinamus quod pro utilitate et comodo hominum ville basciani in vocabulo sogliole fiat unus fons sufficienter muratus, ad expensas et cum expensis hominum ville basciani, in quibus expensis homines ville [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] teneantur tamen quando [illegible] homines ville basciani in fonte de [illegible] [illegible] de [illegible] ferent [illegible] teneatur

De forensibus debentibus facere custodia et alia obsequia 30

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli forenses habitantes in terra Ceneri vel eius districtus teneantur et debeant facere custodias et omnia alia obsequia personalia [illegible] comunis non obstante quod sint laboratores alicuius de Ceneri vel eius districtu dummodo non teneantur contribuere pro predictis ad aliquam pecunie quantitatem vel datiam imponendam [illegible] [illegible] [illegible] personis [illegible]

Quod flumen nigre dirigatur per rectum cursum 31

Item statuimus et ordinamus quod flumen nigre a barmana usque ad burgum

Quartus

Burgus dirigatur et remictatur per dictum curtum expensis adiacentium tam de operibus faciendis quam de alveariis novis cavandis solvendis et distribuendis inter ipsos adiacentes secundum meliorationem singulorum et secundum declarationem Confalonerij et Priorum qui pro tempore Defensor Comunis teneatur, et debeat executioni mandare ad petitionem cuiuscumque petentis

De comunantię montis pub.ce et alie recapticimentur et de pena occupantiu illas 32

Item statuimus et ordinamus quod ut potentior sibi cura appareat et debilibus subtrahat facultates quod ad petitionem unius cuiusque petentis ponantur tres boni homines de guayta ipsius communi eligendi per homines dicte guayte ad terminum qui debeant reassignare Comunitati et universitati seu Comunitatibus et Universitatibus que sunt in dicta guayta omnes comunantie dicte guayte vel alterius partis dicte guayte vel ville ipsius guayte ipsi Universitati seu Universitatibus quibus ipsas comunantias noverint pertinere, que per aliquas speciales

personas compare essent vel compari possent et debeant
ipsas condumanantias dividere et redeterminare a proprie-
tatibus suis propriis rebus que sunt juxta dictas comunan-
cias recepto prius juramento a dictis hominibus de facien-
do dictam reassignationem et determinationem bona fide sine
fraude et speciffice faciant in condumanantiis et montis pre-
dictis. Et quod nullus audeat vel presumat aliquid labo-
rare vel compare de dictis condumanantiis sine licentia
judici vel procuratoris illorum quibus ipse condumanantie
pertinerent et qui contrafecerit in predictis vel aliquo
predictorum in decem libris per curiam condemnetur Et
si aliquid reassignaverit alicui universitati vel
ville dicte marquesie preter comunis cenei vel
alicuius universitatis vel persone vel alterius univer-
sitatis vel guaste localiter dicte comuniter vel
proprie valeant comuni probantur [illegible] et nihil.
talis assignatio non valeat ullo iure 13. una quecumque perti-
na remaneat in suo jure non obstante assignatione predicta

Et Item

Et idem dicimus de omnibus aliis comunanciis comunis predicti et districtus Ceneri

Qualiter custodiantur comunancie Castiglioni 33

Item statuimus et ordinamus quod potestas dicte terre faciat reinvenire guardare et custodire comunancias quas per Castiglioni sicut olim determinate fuerunt, et ubi non reperientur determinate faciat determinare per duos homines eligendos per Confalonerium et Priores et postquam reinvente fuerint faciat custodire, et quilibet possit pascere in dictis comunanciis et exinde non teneantur ad penam. Et nullus possit in dictis comunanciis laborare nec possit bestias expellere de laboriis ad penam CC. lib. et bladum quod ibi recolligeretur veniat et venire debeat ad manus Comunis et hoc locum habeat in contrafacientibus pro stantibus et districtualibus non autem in forensibus.

liber

De modo et ordine aptandi librá et catasti et venden pig.ª p collectis 34

Item statuimus et ordinamus quod ad hoc ut iustitia locum habeat et
unicuique observetur comuniter ut onera comunis inter
comunales modo debito et iusto dividantur et unusquisque
contribuat iuxta sue substantie facultatem quod catastum et
libra ordinetur et corrigatur et compleri debeat per aliquos
officiales eligendos in consilio dicte terre et super
his consules dicte terre qui pro tempore fuerint teneantur
et debeant vinculo iuramenti congregare et congregari facere
generale consilium de mense Maii proxime sequentis et in ipso
consilio proponere debeant de modo et ordine tenendo
super ordinatione et correctione catastri et secundum quod
ibi fuerit ordinatum ita executioni mandetur. qui officiales
sic electi teneantur et debeant corrigere ordinare et augmentare
dictum catastum et libram eo modo et ordine quo in consilio fuerit
ordinatum, et scribatur in catastris particularibus et primo cuilibet pro
rata cuiuslibet facultatis fiat divisio et distributio secundum
valorem rei vel circa et teneantur et debeant dicti officiales facere

generalem

gatur inquisitione per eos quatuor Castra et villas
Communis Ceneti et reperiantur aliqui terre que deessent
scripte in catastro, et que reperte fuerint scripte scriban-
tur secundum rei veritatem et etiam si essent alia quam
in catastro scripte sunt et facere inquisitionem de
forensibus seu hominibus qui dimiserunt scribere et
dicta inquisitio fieri debeat a duobus hominibus
ad minus pro qualibet villa vel castro et quos inve-
nerint non dimisisse scribi dictum in catastro de terris
eorumdem ipsorum inquirere debeat de terris que possi-
dentur a forensibus et de hijs fiat unus liber divisus
ab alijs, et parte, et extimatio fiat secundum extimationem aliarum

De eodem. Item dicimus quod quilibet Cenetensis vel forensis
teneatur et debeat infra tempus sibi assignatum assignare
et facere sibi scribi in catastro predicto et etiam singulas
suas terras, et possessiones quas habet in districtu Ceneti
que sibi indessent scripte et qui contrafecerint vel steterint negle-
xerit facere in decem libris condemnetur, et quilibet de

pris

qui sit legitimus accusator, et quod nullus de origina vel
forensis audeat laborare aliquas terras destinatas tenen-
de quae solvuntur collectae imponere vel reponende in coidema
tenere laboriis et qui contrafecerit pena lb. [illegible] puniatur
et compellantur coll. solvere tempore quo laboraverint ipso-
sitas. Et quicumque tamen debent in terris de quibus
non solvuntur collectae ad penam minime teneantur exceptis
ortis qui solvunt alibi vel [illegible] et capitanei qui pro tempore
fuerint teneantur quolibet anno requestare oes forenses possessio-
nes qui demanda forensium peres aliquos legales homi-
ne concordia cum ipsa quadraginta dies non fuerint
collectae solvere ipsi forenses assignentur Com. communis et
attendantur pro communi [illegible] ad providendum [illegible]
Iudicimus quod oes homines et populares a quibus non
possint [illegible] collectae segregentur et detrahantur
ab aliis vagabunda illorum qui solvere convenerunt colle-
ctas [illegible] ordinarint ab aliis vagabundos et
Mollariis [illegible] exigentes collectas possint de eis
integraliter

integraliter reddere teneantur. Illi vero qui essent non sol-
vendo vel convenerunt non solvere collectas teneantur
dimidium ab aliis tunc. Et si eis vel alicui ipsorum non
solventibus reperiantur tempore aliquo bona requirantur
cuius sint et quis possideat eas [illegible]. Et si non
reperiantur [illegible] possint, sindici vindices comunis ipsos
bona possint vendere pro collectis non solutis cuicumque emere
volenti [illegible] teneantur [illegible] domus dicta
bona vendita non possit valere ultra duplum eius quod
venderetur. Et quicumque non possidet aliquid immobile in
terra vel eius districtu ponatur in extimo [illegible] si
fuerit masculus, femina vero non possidens immobilia
ad [illegible] teneatur; masculus vero qui habet domum
in terra [illegible] vel eius districtu vel partem domus ponatur
in extimo [illegible]. Si quis autem fuerit gravatus vel
pignoratus pro solutione datiarum et pignora non recolli-
gerit infra decem dies teneantur [illegible] officiarii ipsa
pignora assignare [illegible] pro quantitate qua [illegible]
sunt. Et si non recolligerint infra quindecim dies post [illegible]

facere de recolligendo Cam. possit uendi pro quantitate
qua accepta fuerint ex emptor talium pignorum teneatur ea
uendere pro dicto pretio illis quibus fuerunt accepta usq
ad decem dies post uenditionem sibi factam postea uero non. Et
si Cam. voluerit pignora uendere uel non uendidere teneatur
de suo proprio ad soluendum quantitatem pro qua accepta
fuerint Et talis uenditio fieri debeat in sero die sui ex pro
cotidanae. Item dicimus qui quis fuerit aliquis error in
nectura propriae Comunis uel pro parte alicuius specialis
persone possit remendari et corrigi error predictus ad petitionem
persone et expensis illius qui dicerent se grauatum eo quod cone et poss.
prout uendantur et emantur uel qualitercumq alienantur
pertempora de una persona in aliam transferri et transmutari
possint per notarium Catastrum prout supra dictum est ita quod
libra prouitur aliqua certa non possit eleuari de catastro
alicuius voluntatis collectas et subrecti Comunis teneri nisi
retenbantur alys simili subrecti collectas voluntati uel quia ellet
se subiecte exper publicum instrumentum promittere collectas
se saluturum ex feuditures donec prestaret de predictis

cautionis

exceptis denis que donantur vel relinquantur alicui ec-
clesie que levari possint et quod Cap.l Comunis Ceneti
facta dicta ordinatione et correctione teneatur et debeat
significari facere per litteras dicti Comunis et suos omnibus com-
munantijs ~~bannitis et notificare omnes clausulas~~ confinantibus
in Comuni Ceneti qui placeat ipsis communantijs bannitis
et notificare omnes clausulas presentis statuti pertinentes ad
forenses et de inceps collecte imponende pro tempore imponan-
tur secundum dictum caratum secundum statuti loquentis
de impositione datiarum. Volumus et insuper quod
dictum caratum conservetur et manuteneatur prout in dicto
libro dictum est

Qualiter vasa et mensure sigillentur 35

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli habitantes mensuras
bilancias stateram pondera vel vasa quecumque cum
quibus ponderatur vel mensuratur emitur vel vendi-
datur aliquid in terra Ceneti vel eius districtu teneantur
et debeat ipsas mensuras pondera et vasa in quibus pon-
deratur vel mensuratur pro emendo vel vendendo habere

150v

liber

adequata et sigillata sigillo comunis, et qui contrafecerit vel

inventus fuerit habere aliquod pondus vas vel mensuram d

iustam vel non sigillatam condemnetur et puniatur in lib.

sol. vice qualibet et quod Cap.s faciat derimari per not.

et familiam quandocumque sibi videbitur et de predictis stetur

et credatur dicto notarij seu relationi vel familie. et

quicumque fuerit inventus habere aliquas staterias ponde

ra vel mensuras non iustas teneatur ad penam predictam

non obstante quod fuerint sigillate. dicimus et quod fene

ribus non habentibus in terra Cenere vel eius districtu

liceat ponderare cum eorum staterijs bilancijs manlis

dummodo sint iuste et sigillate et quod comune fiat unum

sigillum parvum vel bulletta cum quo sigillentur predicta

vasa et mensure, et sit penes Cam. vel alium quem elegerit

Confalonarius et Priores et ad custodiam et sigillandum fiat

semper in presentia alicuius de notarijs Cap.ni et teneatur

Capitaneus expensis Comunis ire facere unum pondus pro

flor. et mensura brachij panni lini et panni lane

parte, et alias mensuras tenere mari et scandale pondus

universaliter

unius floreni et unum bructum pro vino eorum caldarella
proleo et cuppa, media cuppa, quartum medium quartum
et quartucium que ora vini penes Com. vel alium prout
videbitur Confalonario et Prioribus. Cum quibus pon
deribus, et mensuris, omnes alie mensure et pondera
examinentur et adiustentur, et taliter adiustatis et exami
natis sigillate sigillo Comunis et non aliter. Et dicimus
quod vendens prebandas ordei vel spelte vel alium
bladum debeat habere quartum et medium quartum quod
dicitur prebenda, et media prebenda sigillata si
gillo Comunis, et si contrafecerit puniatur vice qualibet
in sol. XL. Et dicimus quod pertica vel media pertica
cum qua mensuratur terra sic esse debeat adiustata
cum media pertica signata in palatio D. Confalonerij et
Priorum et debeat esse ferrata ab utroque capite et
cannunde debeat esse funis cum qua mensurantur possess
sciendum et quilibet mensurator debeat iurare dictam
artem facere bona fide. Item dicimus quod quilibet volens
portare vinum vel mustum ad vecturam debeat portare cum

barilis sigillatis inquantum sit signum quot brentum et quot zochettam est capacitas ipsorum et quolibet anno monstrare teneatur et si aliter inventi fuerint puniatur contrafaciens in C sol. vice qualibet et de predictis quilibet sit denuntiator et capitaneus inquirere teneatur saltem semel in mense.

De fideiussoribus dandis à fornary's et pignary's ne damnum alicui inferant 36

Item statuimus et ordinamus quod quilibet fornarius et fornaria teneantur et debeant panem bene coquere et coctum restituere eo modo quo fuerint numerati panes vel assignati integraliter sine aliqua diminutione pena C C. sol. vice qualibet. Et credatur iuramento illius qui vel que eis daret vel assignaret panem si fuerit persone bone fame. Et predicti fornarij, et fornarie recipiant pro qualibet cuppa unum sol., et non ultra pena C C. sol. Et quod capitaneus inquirat de predictis quolibet mense et ad probandum sufficiat dictum unius testis. Addicimus quod capitaneus terre Cenete teneatur et debeat primo mense sui offitij

officij cogere o(mn)es et singulos fornarios et pignarios fere-
n(tes) seu fornaces habentes in terra Cenete burgo aut
plateis Serris ad promittendum idonea cautione peteant[ur]
ne aliquod damnum alicui inferant occasione forni
uel fornacis, et quod si dictis de causis domus aliqua
comburereretur uel damnum ab aliquis pateretur damnum
patientibus emendare teneantur dicti fornarij et pigna-
rij predicti Iurare promittere et obseruare sub pena duarum
tam librarum denariorum

Qualiter satisfiat not(ario) de scripturis co(mmun)is quas fecerit — § 37

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis not(arius) de Ceneta uel forensis
fecerit aliquas scripturas communis seu pro communi Ceneta
non spectantes uel pertinentes ad suum officium quoquomodo
quod de ipsis scripturis ei satisfiat secundum quod uidebitur
Cap(itane)o Confalonerio et Dominis

De aptatione catasti Hortusij — § 38

Item statuimus et ordinamus quod Cap(itane)us communis Ceneta teneatur
et debeat uinculo Iuramenti ad petitionem cuiuscumque petentis

de Castro Mortulij ut ad dictum Castrum una cum confalo-
nario et Prioribus et alijs hominibus de comuni quidem
fortilicijs ygnorant et ibi providere de custodia et
fortificatione dicti castri expedit ut ibi in eis sic. et qua-
tur expensis hominum dicti Castri: que expense inter
eos distribuantur in hunc modum videlicet quod expense fundamen-
torum fossorum et aliis fiendarum expensarum distribuantur
percaput hominis facientis custodiam. alie vero expense
distribuantur per libram vel aliter prout videbitur
maiori parti hominum dicti Castri. et teneantur Capitaneus Confalonerius
et Priores sed executioni mandare et exigere
unum de quo maior pars hominum dicti Castri confidant
qui preesse debeat dicto laborerio. quibus alijs
electus iuret sed fideliter adimplere expositio et
valeat banna et penas imponere et auferre prout ei
videbitur. Item volumus quod expensis hominum dicti Castri
per Capitaneum Confalonerium et Priores eligatur unus Castel-
lanus prout fit in alijs castris dicti comunis. Addicimus

quod in sena

quod in tenuta Corinj fiat una Cisterna expensis
hominum dicti Castri quandocumque videbitur Conf.
et prioribus. Et depositor teneatur et debeat ad
faciendum fieri quotiens ex eo inventi fuerint per
Confalonerium et priores. Et quidem dicti Castri quo-
libet anno venire, et comparere teneatur coram dno Capo.
Confalonerio et prioribus una cum quatuor Massarijs
dicti Castri ad ordinandum et providendum circa custodiam
dicti Castri et que fuerint requisita

De via qua itur a ponte marzochie seu Triponsij ad flumen Corni aptanda 39

Item statuimus et ordinamus quod via qua itur a ponte Marzochie
ad flumen Corni aptetur et saluetur et lavatorium quod est
ibi amplietur et aptetur expensis expertis hominum
dicti Castri [illegible] distribuendis inter ipsos ut melius
videbitur [illegible] dicti Castri [illegible]
[illegible] quod est [illegible] contribuere
et depositor teneatur hoc [illegible] mandare ad [illegible]
postulanis.

De scolaribus studentibus extra destrictum Corneti — 40

Item statuimus et ordinamus quod nullus scolaris studens extra terram Corneti in aliqua liberali arte sive scientia gravetur vel teneatur ad aliqua obsequia personalia vel mixta dicti Comunis tempore sui studij nisi ad realia tantum.

De cursu nove monete — 41

Item statuimus et ordinamus quod quicumque in presenti statuto vel extra Corneti tractatur de aliqua pecunia solvenda vel danda tam de penis maleficiorum et salarijs officialium quam in instrumentis debitalibus et alijs contractibus persolvendis vel dandis intelligatur de moneta Cornetanorum nunc currente. Et quelibet moneta grossa in auro vel in argento solvatur per Cornetanam pro eo quod valet in mercantijs inter Cornetanos videlicet ducatus ad pondus Veneti quam valeat quatuor libr. et decem sol. ad pondus Comune quatuor libr. et novem sol. et anconitanus valeat quinque libr. et duos denarios, et sic cambiatur florenus tam de bonis quadreniperis teneatur stare pro rata de cambio prout vero fuit nisi inter contrahentes esset expresse aliter declaratum.

De carbonaria

De carbonaria fienda extra muros Rocchette dicte — 3 42

Item statuimus et ordinamus quod extra muros Rochette dicte usque ad viam nove fiat una carbonaria et ab alia parte castri fiat alia, et sint larghe et profunde. Et si dicte carbonarie tangerent possessiones aliquorum sufficiat eis de competenti precio de expensis hominum dicte Rochette. Item ad hoc ut persone vadant per viam que est intra dictam Rochettam volumus quod via que currit per campora vendatur et precium convertatur in utilitatem dicte Rochette

De rigo valli diriciando — 3 43

Item statuimus et ordinamus quod rigum de valli a fonte [illegible] usque ad [illegible] fossatum unde non iret recte et per rectum [illegible] debeat aperiri et dericiari per [illegible] [illegible] de [illegible] et defensor teneatur fieri facere ad petitionem cuiuscumque petentis

Quod homines guaite platee contribuant instancionibus continuis platee 44

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli homines habitatores

plebe teneantur et debeant contribuere et solvere in stan
timinibus et torcimine et operatione et fortificatione ipsius
plebis prout declaratum fuerit per confalonerium et dominos
et ad id compellantur per capitaneum ad petitionem hominum
dicte plebis

De non macinando extra destrictu terre Cerreti 45

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona vadat ad macinandum
nec mandet vel portet aliquod genus bladi extra destrictum
dicte terre Cerreti pena centum solidorum pro quolibet contra
faciente et vice qualibet

De represalijs qualiter concedantur et concessis quomodo quis utatur 46

Item statuimus et ordinamus quod si quis Cerretanus coram dominis capitaneo confalo
nerio et dominis querimoniam exposuerit dicendo se aliquibus
rebus spoliatum derobatum per aliquos forenses de aliquibus
terris aut civitatibus possint ipsi capitaneus confalonerius
et domini ad instantiam ipsius conquerentis per litteras sigillo
certamus mentibus requirat cum ... terrinorum dicti
spoliati

spoliati auctoritatem potestatem fuisset prima uice rogando
ut conuenit secundo uero per Ambasiatorem et rogatoria
uerba dicentes exponentis ciuibus huiusmodi conquerentis tertio
uero exponentis huiusmodi conquerentis Ambasiatores iterum trans-
mittantur rogantes etiam placabiliter et finaliter
de represalijs ordinarijs. Et si hec omnia non profuissent
et constet huiusmodi conquerentis damnum intollerabile aut
nimiam iniustitiam substinuisse predicta proponantur in
consilio antiquo dicte terre ordinarijs ciuibus consanguineis
et affinibus conquerentis usque in secundum gradum secundum
ius commune et ciuibus alijs qui non essent de numero
consiliariorum. Et facta propositione et redditis consilijs
cum duas partes fuerit reformatum et obtentum
quod ipse represalie concedantur et ipsas habeat in ciui-
tates predictas, et eis uti ualeat in rem eius persona
uel contra predictos [illegible] familia d. Capitanei dicte terre uel
saltem cum baculo et conditione officialium [illegible] dicta
terra erant destinati et non aliter Et ipso die fori

155v

quibus represalijs nullatenus uti valeat quoquo modo eorum
aliter durantes vel concedi tenentur tamen represalie alicui
non valeant ipso iure

De modo et ordine tenendo in exequijs mortuorum 47

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona tempore luctus alicuius
defuncti vel defuncte audeat vel presumat capillos
vellere vel graffiare seu plangere de facie vel pectore
[illegible] vel cridaret exceptis consanguineis et affinibus usque
in tertium gradum secundum ius canonicum pena [illegible] pro
quolibet et vice qualibet. Item quod aliquis pro aliquo mortuo
vel mortua non portet vel valeat se induere de aliquo
panno lugubri nigro viridi vel bruno nisi uxor pro
viro filij pro patribus fratres carnales nepotes pro auis
patruis vel auunculis filie [illegible] et nepotes et uxores
[illegible] pena [illegible] pro quolibet et vice qualibet
nec aliquis ire debeat ad comedendum ad domum defuncti
[illegible] exceptis pena [illegible] a quolibet contrafaciente
et vice qualibet. Item quod nulla mulier tempore luctus

debeat

debeat ire post portum ad ecclesiam plorando uel aliter
pena .xx. sol. pro qualibet nisi quatuor uel sex mulieres
defuncto tantum attinentes que ire ualeant non tamen
plorando sed pro sepeliendo corpus defuncti. Item quod
nullus extra domum nisi prima die luctus ualeat uel
debeat plorare uel luctum facere pena .xx. sol. pro quo-
libet et uice qualibet et quod quandocumque fieret luctus
